


IACOBI GOVREI
IN FLORENTISSI-
MA ANTEGAVENSI A-
CADEMIA LEGVM PROFESSO-
RIS, IN CONSTITVTIONEM SECvNDAM C.
de rescind. vend. commentarij, quibus empti
& venditi vsitata & vtilis materia, ac illius
constitutionis elegans & frequens re-
medium, abundè & diluc-
dè explanatur.



FRANCOVRTI
Ex Officina Typographica Iohannis Kollitz,
Impensis Petri Kopffij.

CIO. 19. XCV.




IACOBI GOVRREI
IN FLORENTISSI-
MA ANTEGAVENSI A-
CADEMIA LEGVM PROFESSO-
RIS, IN CONSTITVTIONEM SECVNDAM C.
derefcind. vend. commentarij, quibus empti
& venditi vfitata & vtilis materia, ac illius
constitutionis elegans & frequens re-
medium, abundè & diluci-
dè explanatur.



FRANCOVRTI
Ex Officina Typographica Iohannis Kollitz,
Impensis Petri Kopffij.

C 12. 19. XCV.






ILLVSTRISSI
MO ET AMPLISSIMO
FRANCIÆ CANCEL-
lario, D. Michaeli Hospitalio,
Iacobus Gourreus
S. P. D.



OLENT, Illustrissime & am-
plissime Cancellarie, ij qui lucu-
brationes suas in publicum emit-
tere decreuerunt, clarissimum &
summa dignitate refulgentem
virum aliquem deligere, sub cu-
ius clarissimo nomine eas diuulgari sinant, ut quæ
illi compilarunt, summi viri autoritate subnixæ,
maiores apud omnes ineant gratiam. Cum itaq;
superioribus temporibus singularem & usu fre-
quentem Imperatoris constitutionem, rem maio-
ris precij C. de rescind. vend. meis auditoribus in-
terpretatus fuisset, illorumque suasu & assiduis
efflagitationibus impulsus, quæ in illius interpreta-
tione dixeram, in lucem emittere statuissem: hos
in dictam constitutionem (quæ lucubrationum
mearum primitiæ sunt) commentarios tuæ excel-
lentissime autoritati, illustrissimoq; nomini tuo
A 2 offerre.

offerre, & dicere decreui. Neque enim quisquam
 alius dignitate, & exquisita eruditione te prestan-
 tior occurrere poterat. Clarissimi siquidem nomi-
 nis tui memoriam aternitas intuebitur, posteritas
 alet, & nulla unquam delebit obliuio, & ut bre-
 uiter me explicem, tot tantisque virtutibus ornatu-
 es, & instructus, ut eas neque dicendo complecti,
 nec cogitatione assequi valeam. Is enim virtu-
 tum tuarum splendor te ad summum illud digni-
 tatis (in qua collocatus es, & constitutus) culmen
 auexit. Caterum me propemodum ingenij exigu-
 itas mei ab incepto auocabat, non sum siquidem ne-
 sciens, nihil à me tale afferri posse, quod tua summa
 auctoritate ac dignitate dignum sit. At me hesi-
 tantem humanitas beneuolentiaque tua in omnes,
 qua me superiori anno benignè excepisti, excitauit.
 Itaque ornatissime & dignissime Cancellarie, qua-
 so hoc munusculum a quo animo excipere: nec a-
 spernari digneris. Quod cum me assecutus fuisse ce-
 sero: me perpetua beneficij memoria tibi deuotissi-
 mum reddes, ac meam qualemcunque industri-
 am tua beneuolentia excitabis.



ANTE

ANTE QVAM AD
 ID QVOD INSTITVDE-
 ueniam, primùm Dei omnipo-
 tentis auxilium supplex
 imploro.

CVM rerum difficilium co-
 gnitio haberi facilè nō pos-
 sit, altiùs paulo re non repe-
 tita: (præfationes siquidem rei quæ
 sequitur, euidentiore præstant
 intellectum*) quædam præfabor,
 ne illotis (quod aiunt) manibus,
 seu ex abrupto id quod agitandum
 suscepi pertractem. Quamobrem
 animaduertendum est, totum ius
 ciuile in hæc quatuor potissimum
 reuolui, ut vel ad iudicia, vel ad vl-
 timas voluntates, conuentiones,
 atque etiam ad criminum materi-
 am referatur: id ipsum quod aggre-

*l. 1. ff. de orig.
 lur. l. argenta-
 rius. §. 1. ff. de
 edend.*

A 3

dior,

dior, eam partem respicit, quæ ad conuentiones pertinet. At cum iuri operam daturum nosse oporteat vnde nomen iuris descendat: *b*rem ab ipsis initijs repetamus. Primum enim quis sit hic empti & venditi contractus, de quo præsens est noster sermo, qualis sit, vnde originem traxerit, quæ illius sint substantia & natura, perpendam: deinde quia in hac per celebri imperatoris constitutione, de qua amplissimè sum dicturus, de rescissione contractus ob enormem læsionem agitur, varias causas ob quas contractus rescinduntur, referam. Tum demum ad explicationem huius constitutionis descendam: quam strictim & breuiter explanabo. Hoc enim non institui, ad dicti vnus confirmationem summa doctorum & textuum congerie vti, & sigillatim doctorum censuram & opinionem referre, sed præcipuos tantum textus adducam, & Bartoli & Baldi (qui in hac iuris clarissima arte maximè

b
l. 1. ff. de iust. & iur. l. 1. ff. de reb. cred.

c
Breue cõpendium huius institutionis.

ximè floruerunt) frequentius auctoritate nitatur: (neque enim bibliotheca mea varia librorum multitudine instructa & referta est) & duntaxat quod ad institutum nostrum mihi conferre videbitur, cõpendiosè & dilucidè pertractabo. Cicero ornatissimas orationes esse ait *d*, quæ latissimè vagantur, & à priuata ac singulari controuersia se ad vniuersi generis vim explicandam conferunt, & conuertunt, vt genere & vniuersa re cognita, de singulis rebus statui facilius possit. Quare cum ex cognitione generis elucescat cognitio specierum quæ sub genere continentur *e*, non erit abhorrens ab instituto de conuentione loqui, sub qua comprehenditur empti & venditi contractus.

CONVENTIONIS verbum generale est, & latè patens, omnes contractus & distractus comprehendens: *f* Conuentio, ex communi doctorum sententia, quædam nuda est, quædam vestita: quæ ver-

d
l. 3. ad Quir- tum fratrem.

e
l. 1. ff. de reb. cred.

f
l. 1. §. conuentionis ff. de pac.

g
l. si. C. de rer. permu. l. si tibi. C. de loc. l. iurifgentium. §. sed cum nulla. ff. de pact. l. traditio- nibus. C. eodem.

h
ut D. Duar.

i
l. si. C. de rer.
permutat l. i. ff.
de pact. l. duo so-
cietatem. ff. pro
socio. l. in tradi-
tionibus. ff. de
pact.

k
c. i. ext. de de-
cim. et illic glos-
sa. l. 2. § post ori-
ginē. ff. de orig.
iur. l. dicere ff.
de arbit. l. si adi-
bus. In versic.
nostrorum prace-
ptorum. ff. de
demon. infect.

l
Bar. lafor in l.
i. ff. de reb. cre-
ditis.

ba et si recentiores *h* quidam iidem-
que docti reiiciant, ea tamen non
esse aspernanda arbitror: cum ex-
pressa lege & nudæ & munitæ *i* cō-
ventionis mentio fiat. Deinde &
ea, quæ à doctoribus referuntur fa-
cilioris doctrinæ gratia, non esse
reiicienda existimo *k*, quorum vigi-
liis & exquisita doctrina pleraque
iuris responsa difficilia clarissima
interpretatione illustrata fuerunt.
Quare plerosque reprehensione
sūma dignos esse mihi persuadeo,
si tales occurrunt qui magis o-
stentationis quàm veri nanciscen-
di gratia in Bartolum, Baldum &
cæteros iuris nostri athletas insur-
gunt, & plerumque insolenter &
contumeliosè tantorum virorum
authoritati detrahunt, cum qui-
bus ne minima quidem ex parte
essent conferendi. Non tamen ea
necessitate vnumquemque con-
strictum esse arbitror, ut illorum
censuram perpetuò tenere & de-
fendere cogatur *l*. Sed hoc censeo,
quòd

quòd si quis ad tantorum virorum
reprehensionem accedat, modestè
& non elato animo, nec ostentati-
onis causa id exequi debeat: & non
nisi iusta ratione motus, ac iusta de
causa, (quam saltem veram esse si-
bi persuadeat) à tantorum virorum
sententia recedat ***. Pacti quoque
vocabulo quidam periti recentio-
res nudum tantum intelligi existi-
mant *m*, & has voces non tenui li-
mite discretas esse tenent, pactio-
nem, pactum, & pactum conven-
tum: Putarim ego pactum & ad nu-
dum & ad vestitum referri: & tres
illas voces inter se non differre:
Quod iurisconsultorum responsis
comprobatur *n*. Nuda conventio
est, quæ causam non habet *o*: vel (ut
enucleatius loquar) conventio nu-
da est, quæ solo partium consensu
nititur, neque alio iuris adminicu-
lo firmatur. Porrò conventio va-
riis pluribusque modis vestiri, seu
(ut cum imperatore loquar) mu-
niri dicitur. Nam re *p*, vel verbis

l. minimè ff. de
legib. Bar: in
auth. nouo iure,
de pœna iud. qui
mal. iud. c. noni-
mus, ext. de ver-
bo. & rer. sign.

m
ut Dominus
Duarenus.

n
ar. l. i. ff. de pact.
l. duo societatem
ff. pro socio l. in
traditionibus ff.
de pact. l. i. C. de
pact. conuent.

o
l. iuris gentium
§. sed cum nulla
ff. de pact.

p
l. i. §. re contra-
bitur. ff. de act.
toto tit. inst.
quib. res. re.
cont. obt.

A s consen-

d. l. 2. §. verbis

l. consensu ff. de action.

l. i. ff. de ver. permut. l. ex placito C. eodem.

l. iurisgentium §. quinimmo ff. de pact. l. legem l. petens C. eodē l. tenetur. §. i. l. pradia. ff. de act. emp. l. lecta. ff. si cer. pet.

l. legitima. ff. de pact.

ind. §. quinimmo

d. l. i. §. convent.

l. contractus. ff. de actio.

l. consilio. in fine ff. de cur. furios.

l. mo. ff. de usur.

d. d. l. mora. possessio. §.

q, consensu r, rei interuentu s, quod firmamentum in contractibus in-nominatis sedem habet, cohären-tia contractus t, aut legis firmitate v nititur : quæ suo loco doctores cumulatè & abundè explanant y. Contractus est duorum vel pluri-um conuentio z, quæ vinculum obligationis continet a. Diceret forsitan aliquis contractum defi-niri non posse, vt qui facti sit b, mo-ra siquidem facti c est: vnde Iuriscō-sultus ait d, an mora facta sit, nulla iuris constitutione vel quæstione comprehendi posse. Cæterum hæc consequentia admittenda non est: Contractus facti est: ergo definiri non potest. Nam mora facti est id quod interest e: atque etiam posses-sio f & dolus g in facto iacent: quæ tamen commodè & aptè defini-untur: Non refragatur quod Iurif-consultus voluerit, an mora facta sit, nulla iuris constitutione vel

quæstione e l. quatenus. ff. de. reg. iur. f l. i. ff. de acq. possessione. g l. quoties. §. qui dolunt ff. de prob.

quæstione comprehendi posse: ille enim locus hanc interpretationē habet, nullam certam doctrinam posse assignari, qua intelligi possit, & ad oculum demonstrari quando mora facta sit in qualibet specie occurrente. Ex contractu obliga-tio resultat, tanquam ius ex facto prodiens. In contractibus enim fa-ctum & ius attenditur, nempe ne-gotium illud quod geritur inter contrahentes, quod in facto con-sistit h: Deinde ex illo negotio ius emergit, nempe obligatio & actio i. Ex facto enim ius oritur k: quæ obligatio ex contractu vel quasi, maleficio vel quasi, profluit & e-manat l. Et illa duplex est: vna na-turalis, altera ciuili m. Naturalis ex consensu atque etiam ex æquitate oritur n. Quare recentioris cuius-dam peritissimi sententiam tutam esse non puto, qui fixo pede contra communem & receptam docto-rum sententiam asserit, nullam esse obligationem, quæ non ex consen-su descen-

d. l. consilio §. fina.

l. licet. §. ea obligatio. ff. de procurat.

l. si ex plagis. §. in cliuo. ff. ad lo. aquil.

§. omnium. inst. de actio.

§. in omnibus. instit. de fideius.

l. fideiussor. §. fi-deiussor. ff. de fi-deiuss. l. obli-gari. ff. de act.

l. Stichum. §. na-turalis. ff. de sa-lut.

Barto. in l. i. ff. de cond. indeb. §. in l. cū quis. C. de iur. et fact. igno.

su descendat: Quis enim furiosum diceret ex consensu obstringi, qui absentis & quiescentis loco est ^o q vnde neque ob delictum furore aggitatus plectitur ^p, quod is maturum iudicium non habeat: At furiosum aliquando obligari certum est ^q: vt si quis furiosi negotia gesserit, & alium sibi aliquando obligatum habet ^f. Deinde quis dicet eum qui deliquit, qui ex maleficio obligatur vel quasi, puniendum esse, quod in poenam consenserit, quemadmodum ille credit? Verisimile namque non est delinquentem poenam expetere, licet enim delinquens circa id in quo deliquit, consenserit ^r, non tamen erit consequens eum in poenam consensisse. Quara- tione (vt arbitror) motus imperator, dixit obligationem qua ex maleficio enata est, ex re oriri ^v: quasi velit non ex consensu eam ortum ducere. Verisimile quoque non est, obligationem qua ex iudicato oritur, ex consensu emanare, cum

iudicia

l. furiosus. ff. de reg. iur.

Clemen. 2. extra de homicid. l. infans. ff. ad l. Cor. de sicar.

l. furiosus. Et illic gl. ff. de act.

l. 3. §. Et si furiosi. ff. de negot. gest.

l. si a furioso. ff. de actio.

c. 2. xv. qu. 1.

§. 1. inst. de obl. qua ex de li.

iudicia in inuitos ferantur^x. Itaque magis & verius Bartoli & ceterorum sententia acquiesco, qui obligationem non semper oriri ex consensu affirmant ^y, quam huius viri certe doctissimi opinioni, qui communem sententiam in hac re non probat. Ceterum ex obligatione natura i & ciuili simul iuncta actio oritur ^l. At actionum praecipua & comunior diuisio haec est, vt quaedam sint personales, quaedam reales ^b: Aliae in rem scriptae ^c, aliae vero mixtae ^d: Reales ex solo iure quod quis in re habet, emanant ^e, & nullam obligationem praeseferunt ^f, quas qui proponit, id quod suum est petit, & rei possessorem persequitur ^g: personalis vero personam respicit ^h, & ex contractu oritur vel quasi, maleficio vel quasi. In rem scriptae actiones ex contractu oriuntur, vel maleficio: sed rem ipsam persequuntur, ^{d. §. omnium.}

l. inter stipulantes. §. 1. ff. de verbo. oblig.

in d. l. 1. ff. de cod. indeb. Et in d. l. cum quis C. de iur. Et fact. igno.

§. 1. inst. de oblig. notat, in §. 1. inst. de actio.

§. omnium inst. de act.

l. 3. §. est autem. Et illic glo. ff. ad exhib. Bar. in l. si tertius. §. si quis prius. ff. de aq. plu. arcen.

§. quada m. inst. de actio.

l. in rem. ff. de rei uend.

l. officium. l. qui restit. l. in rem. ff. de rei ued. l. unica. C. de alim. mut. ind. cau. fac. h l. 1. §. si haeres. ff. ad Trebell. l. si. §. si. ff. de cont. emp. d. §. omnium. Et illic late lafon. l. cum quis. C. de actio. ult. C. de hered. act.

*d. l. 3. §. est ass-
te. ff. ad exhib.*

*§. omnis. inst. de
noxal. act.*

*l. metum. §. cum
autem. ff. quod
met. caus.*

*l. 1. §. penult. ff. de
interd. l. semper.
§. competit. ff.
quod vi aut clā.*

*l. 1. et 2. ff. fa.
her. l. 1. ff. simi.
reg. l. 1. ff. comu.
diuid. Iason in
d. §. quadam.*

*l. in tribus. ff.
de iud. C. ex lite-
ris. ex. de proba.*

*d. l. 1. §. conven-
tionis. ff. de pact.*

*Lex maleficijs.
§. his quoq. ff.
de actio.*

*l. si vnus. §.
pact. ne peteret. ff. de pact. §. toto tit. ff. C. de acceptil. + l. 1. §. de transact. l. fratris l. causas. C. eod.*

persequuntur , ad quemcunque peruaferit : qualis est ad exhibendum : Noxalis actio ^k, & quod metus causa, atque etiam interdicta, in rem scripta esse dicuntur ^m. Mixtæ verò actiones ex contractu vel quasi exurgunt: non tamen contra quemlibet rei possessorē diriguntur : at ea propriè ratione mixtæ censentur, quòd illis agens, & quod suum est, & quod sibi debitum, exigere possit ⁿ: hæ sunt autem familie herciscundæ, cõmuni diuidundo, finium regundorum, actiones: in quibus vterque est actor, vterque reus ^o. Distractus quoque sub generali & effuso vocabulo conuentio- nis continetur ^p. Distractus autem est conuentio ad liberandum tendens ^q, vt pactum de non petendo ^r, acceptilatio ^s; transactio etiam distractus est, eo respectu, quòd per transactionem à litè recedatur. At non omni ex parte transactionem

distractum

distractū esse arbitror, vt Lortotus perdoctus censuit ^v, cum Imperator transactionem contractum appellet ^x. Neque debet cuiquam prædorum & subasperum videri, quòd eadem res diuerso iure censeatur. Id enim absurdum non est si diuerso respectu id fiat ^y. Ac neque etiam Corasij viri doctissimi sententiæ libenter subscriberem, qui transactionem innominatum esse contractum negauit, sed aduersus Bartolum ^z & cæteros, nominatum esse asseruit: siquidem transactio in specie sumpta, non potest exprimi nisi expresso nomine generis: nam transigere est decidere seu dirimere, siue gratuitò, siue aliquo dato id fiat ^a, & propriam sui nominis actionem non habet ^b: hinc est consequens, transactionem innominatum contractum esse ^c. Non tamen argumentum quo nititur Bartolus, ^d (salua tanti viri venia dixerim) tutum & satis concludens esse crederem: nempe cum

*in tractatu de
transactioe.*

*l. si donationis.
C. de his
qua vi met. l.
cum te C. de
transact.*

*l. miles. §. pro
parte. ff. de le. 2.
gl. in c. 2. in ver.
civiliter, de ar-
bi, in vi.*

*in l. siue apud
actio. C. de tras-
act.*

*l. transacta. ff.
de verb. C. ror.
signifi. l. tres fra-
tres. ff. de pact. l.
2. ff. de iur. iur.*

*l. cum mota. l.
si profundo. C.
de trans.*

*l. 1. C. 2. l. quo-
ties. ff. de pres.
verb.*

*in d. l. siue apud
actio.*

*l. 1. §. re contra-
hitur. ff. de act.
toto tit. inst. de
oblig. qua re cō-
tr. l. 2. §. appella-
ta ff. de reb. cre-
dit.*

*l. iurigentium.
ff. de pact.*

*l. 2. ff. de verb.
oblig.*

*l. 1. l. societas con-
trahitur. ff. pro
soc.*

*l. consensu. ff. de
act. §. 1. inst. de
oblig. qua cōsen.*

*l. 1. §. conventio-
nis. ff. de pact.
l. in omnibus. ff.
actio.*

*l. 1. §. si quis ita.
ff. de verb.
oblig. l. ubi ita
donatur. ff. de do-
nat. l. cum pre-
car. ff. de pre-
car.*

cū ait hac ratione transactio-
nem innominatum contractum
esse, quòd certos fines non habeat,
& non nisi re sequuta vim robur-
que obtineat. Si quidem pignus, de-
positum, mutuū, commodatum,
non nisi re sequuta, vim habent, &
pleno robore subsistunt ^e, quos ta-
men nominatos esse nullus negat,
vt qui proprium & elegans nomen
& propriam sui nominis actionem
habeant ^f. Deinde & stipulatio cer-
tos propriè fines non habet, vt quæ
ad dandum, aliquando ad facien-
dum tendat ^g. Atque etiam socie-
tas, quæ aliquando certarum re-
rum, aliquando vniuersorum bo-
norum contrahitur ⁱ, quos tamen
nominatos esse contractus liqui-
dò constat, Hic emptionis contra-
ctus consensu dicitur perfici ^k. Non
obstat protritum illud argumen-
tum, Omnes conuentiones sine
consensu non subsistere, & nullo
robore niti ^l, cū substantiæ omis-
sio actum destruat ^m, & consensus
ad for-

ad formam omnium cōtractuum
sit necessarius, cuius formæ omis-
sio negotium penitus destruit ⁿ.
Nam hoc ne tantillum quidem
officit, quin certi cōtractus dican-
tur perfici consensu, de quibus Iu-
stinianus expresso titulo agit ^o: non
quòd in cæteris contractibus con-
sensus non desideretur. Sed hac ra-
tione emptio & cæteri contractus
huiusmodi dicuntur consensu per-
fici, quòd in illis vt actio detur, ni-
hil præter cōsensum desideretur ^p:
Illa tamen leuissimum robur non
habet, nisi is qui agit, conuentis
steterit ^q, seu promissa fecerit. Fru-
stra siquidem (vt dicitur iuris regu-
la) sibi fidem seruari postulat, quã
à se præstitam seruare recusat ^r. Ali-
ud censendum in aliis contracti-
bus, qui consensu non perficiun-
tur: ex quibus si aliud non accedat
quàm simplex consensus, actio ef-
ficax non emanat. Quod patet in
contractibus innominatis, qui à
rei traditione initium sumunt ^s: &

ⁿ
*Bar. Bal. in l.
1. ff. de liber. &
posth. Felinus in
c. cum dilecto. ex
tra de rescrip. l.
cum hi. §. sed &
si. ff. de transact.*

^o
*toto tit. insti. de
oblig. qua ex
consensu.*

^p
*d. l. consensu. ff.
de act. d. §. 1.
inst. de obli. qua
ex consensu.*

^q
*l. Iulianus. §.
offerri. l. qui pē-
dentem. ff. de a-
ctio. emp.*

^r
*c. frustra. de reg.
iur. in sexto.*

^s
*l. 2. ff. de rer. per-
mu. l. explicite.
C. sod.*

^r
l. 1. §. sed cum ita
ff. de ver. oblig.

^v
l. 5. §. stipula-
tio. ff. de verb.
oblig.

^x
toto titulo. in-
stit. de oblig. qua
ex quasi contra.
Bar. in l. 1. ff. de
cond. indeb.

^y
l. Labeo ff. de
verb. & rer. sig.

^z
d. l. Labeo.

^a
Bar. in l. apud
Iulianum. ff. ex
quib. caus. maio.
Bald. in l. 1. ff. de
cont. iud. tut.

^b
l. 1. §. si is qui
navem. ff. de ex-
ercit. actis. l. 3.
§. hac verba. ff.
de neg. gest. l. cō-
stitutionib. ff. ad
municip.

^c
l. non aliter. ff.
de lega. 3.

in stipulatione quæ verba deside-
rat^r, puta interrogationem præce-
dentem, & responsionem subse-
quentem^v. Atque etiam hic empti
& venditi contractus duplici rati-
one propriè contractus est: nam ex
cōsensu expresso eruitur & depro-
mitur. At quasi contractus non ex
consensu expresso, sed tacito & à
lege subintellecto emanat^x: deinde
in eo contractu vterque contra-
hens hinc inde obligatur^y. Cæte-
rum cum vnus ex contrahentibus
tantum obstringitur, non potest
propriè contractus dici^z. Exem-
plum præscribe in stipulatione, mu-
tuo, donatione, & cæteris huius-
modi contractibus, quæ otiosa esse
non existimes. Non desunt enim
qui putant contractus vocabulum
in statuto expressum, ad quasi con-
tractum non protrahi^a, cum statu-
ta propriè accipi debeant^b: neque
aliter à verbis sit recedendum,
quàm si id evidens ratio suggerat
& suadeat, cum verbis volūtas de-
tegitur,

tegatur, & ex illis intentio colliga-
tur^d. Existimarem tamen eadem
subsistente ratione in quasi contra-
ctu quæ in contractu locum habe-
re, verbum contractus expressum
in statuto, ad quasi contractum re-
ferri. Nam etiam statuta propter si-
mitem eandemque rationem &
verisimilem mentem statuentem
latè interpretantur^e. Neque enim
tunc videntur extendi, sed suis li-
mitibus & regionibus constare^f.
Paria enim esse lex putat, an quid
ex verbis expressis Iurisconsulti, an
verò ex eius mente verisimili erua-
tur^g. A iure gentium hic contra-
ctus originem sumpsit^h: quo iure
omnes penè contractus introducti
sunt, demptis paucis, nempe stipu-
latione, sponsalitia largitate, con-
tractu emphyteutico, feudali, & li-
terarum obligationeⁱ. Negotium
non facit captiosa nec argumenta-
tio, Pecuniam quodammodo cen-
sendam esse iuris civilis, quòd eius
forma videatur iure civili taxata &

^d
l. Labeo. ff. de
supellect. legat.

^e
Lason in l. si
quis id quod. ff.
de iuris. om. iud.
glo. & dd. in au-
then. quas actio-
nes. C. de sacro-
san. eccles.

^f
glos. in c. 1. de
tēp. ord. in sexto.

^g
l. nominis. §.
rei. ff. de verb. et
rer. sig.

^h
l. ex hoc iure.
ff. de iust. & iur.

ⁱ
glos. & dd. in d.
l. ex hoc iure.

^k
arg. l. i. c. si. C.
de veter. numis.
potest. l. ii. c.
Bart. in l. i. ff.
de contr. emp.
Sal. in l. 2. C. de
sal. mo.

^l
l. i. ff. de cont.
emp.

^m
arg. l. in fina-
libus. ff. fin. reg.
l. si eum §. si iniu-
riarum. ff. si quis
caut. l. item ve-
niunt. §. cū pra-
diximus. ff. de pe-
tit. hered.

ⁿ
l. adeo. §. vide-
tur. ff. de acq.
rer. domi. ar. l.
heredes palam.
in si. ff. de testa.

^o
d. §. cum pra-
diximus.

^p
§. sed naturalia.
inst. de iur. na-
gent. et civi. l.
quidam sunt ser-
ui. ff. de poenis.

constituta ^k. Nam id non est ad-
mittendum, pecuniam à iure civili
originem duxisse, quæ & iuregenti-
um inualuit ^l: quamuis alia pecu-
niæ iure civili præscribi forma po-
tuerit, quàm quæ olim ei imposta
erat. Cæterùm cum quæritur unde
res aliqua effluxerit, magis initium
& originem antiquiorem, seu (vt
dici solet) primordiale & prima-
uam naturam, quàm id quod ex-
trinsecus vel ex postfacto aliunde
obuenit, attendere solent Iuriscō-
sulti ^m. Qui enim spicam excutit,
non nouam speciem facit, sed eam
quæ est, detegit ⁿ. Sic etiam quod
extrinsecus certo negotio additū
est, actus originem non immutat
seu interuertit ^o. Hæc autem non
inanis est quæstio, vnde nēpe con-
tractus scaturiat, an à iuregentium,
an verò à iure civili. Nam quæ iuris-
gentium sunt, firmiùs hærent, &
deportatis minimè denegantur ^p.
Quæ verò ius civile introduxit,
contrario iure tolluntur, & depor-
tatis

tatis non conceduntur ^q. Com-
muni doctorum sententiæ ^r non
acquiesco, salua eorum venia dixe-
rim, cum obligationem natura-
lem à iuregentium, non verò à iu-
re naturali depromptam esse ait ^s.
quod & hoc argumēto euincitur:
Seruus enim naturali obligatione
obstringitur ^t: qui, si naturalis obli-
gatio iurigentium esset, naturali-
ter non obligaretur. Iure enim gen-
tium seruorum status erat inanis ^v,
quemadmodum & iure civili ^x.
Atque etiam cum Iurisconsulto
possessionem non à iuregentium,
sed à iure naturali depromptā fu-
isse arbitraretur ^y, quamuis Bartolus
& cæteri communiter eam iuris-
gentiū esse constanter affirmant ^z,
vtrumque ius & naturale & genti-
um plerunque confundentes. Ius
gentium duplex doctores ^a consti-
tuunt: vnum primæuum, alterum
secundarium. Cuius distinctionis
non puto vnquam Iurisconsultum
mentionem fecisse: sed ius genti-
um esse

^q
d. §. sed natura-
lia. c. d. §. quid.

^r
in l. frater à
fratre. ff. de cōd.
indeb. Bar. in l.
cum quis. C. de
iur. et fact. igno.

^s
l. i. ff. de pact.

^t
l. naturalis. l. sō
id quod. ff. de
cōd. indeb. l. hæc
stipulatio. §. hæc
quoque. ff. de
verb. obl.

^v
l. manumissio-
nes. ff. de iust. c.
iur. l. i. ff. de his
qui sunt sui vel
al. iur.

^x
l. quod attinet.
ff. de reg. iur.

^y
l. i. ff. de acq.
possess.

^z
in d. l. i. ff. de
acq. possess.

^a
Bar. c. cæte-
ri in d. l. i. ff. de
acq. poss.

^b
in l. omnes popu-
li. ff. de iust. &
iur.

^c
dd. in d. l. ex hoc
iure.

^d
l. bona fides. ff.
depos. l. rerum
amotarum. ff.
rer. amot. l. hoc
amplius. §. is
natura. ff. de
reg. iur. l. inde-
biti. ff. de cond.
indeb.

^e
l. 2. §. deinde
ff. de orig. iur.

^f
arg. §. de con-
stitutis. inst. de
actio.

um esse ait ^b, quod usu inter omnes gentes sit conquistum. Actiones à iure civili tantum emanasse plerique censent ^c. Illorum sententia magis mihi placet, qui etiam iuregentium actiones inualuisse afferunt: quæ Iurisconsultorum responsis aperte comprobatur ^d. Admitterem quidem, quantum ad formam & solennitatem attinet, eas iuris civilis esse ^e: in his verò contractibus, qui omnino à iure civili introducti fuerunt, non esset absurdum dicere, actiones ex illis contractibus resultantes, omni ex parte à iure civili profectas fuisse ^f. Quamobrem hac distinctione varix & distractæ super hac quæstione doctorum sententiæ aptè interpretabuntur. Non desunt qui dicunt iuregentium quædam iniqua & iniusta inuecta fuisse, quòd illo iure bella introducta esse Iurisconsultus referat. At hæc sententia aduersatur iuregentium definitioni, quod optima ratione naturali constitutum

tum fuisse Iurisconsultus firmat ^g. Deinde sequeretur id per absurdum, nempe ex iure natam fuisse iniuriam ^h. Porro non vrget bella iuregentium introducta fuisse ⁱ. Nā quòd iniuste bellum suscipiatur, ius gentium nunquam sua sit: sed rectè & iuste incundi belli ritus ex illo iuregentium institutus dicitur à Iurisconsulto. Et ita illud responsum Iurisconsulti esse intelligendū videtur censisse Bartolus. Hic quoque contractus ad commercia est aptissimus ^k. Permutatio enim olim maximè vigeat: sed quia non facile eueniebat, vt quod quis desideraret, alter haberet, nummus comparandarum rerum causa inuentus est ^l. Quod & Aristoteles satis aperte edocet ^m, ac Iurisconsultus. Atque ita propter hominum necessitates & negotiationes tractandas hic contractus maximè in usu esse cepit: hinc Iurisconsultus propter huius frequentiam in vfucapione pro emptore, & contractus & tradi-

^g
d. l. omnes popu-
li. ff. de iust. &
iur.

^h
l. iniuriarum. ff.
de iniur. l. me-
minerim. C. un-
de vi.

ⁱ
d. l. ex hoc iure.
ff. de iust. & iur.

^k
l. i. ff. de cont.
emp. Aristote-
les lib. 5. Ethico.
Cicero lib. tertio
Offic.

^l
d. l. i. ff. de cont.
emp.

^m
lib. Ethic. 5.

^m
l. 2. ff. pro. em.

^o
§. actionum.
Insti. de act. l.
ex empto, ff. de
act. empt. §. 1.
inst. de obli. qua
ex consen.

^p
d. §. actionum.
l. quicquid ad-
stringenda. ff.
de verb. oblig.

^q
lib. 3. Offic.

^r
l. bonam fidem.
ff. de actio.

^s
d. l. ex. empto.
d. l. quicquid ad-
stringenda.

tionis tempore bonam fidem re-
quirit^m: in cæteris verò contracti-
bus tantum traditionis tempore
bonam fidem desiderat. Illam em-
pti & venditi conventionem, bo-
næ fidei esse, explorati & notissimi
iuris est^o, Protritum illud & per-
uulgatum, cognitione tamen^d di-
gnissimum, in scholis frequenter
agitatur, Quosdam bonæ fidei esse
contractus, quosdam stricti iuris^p.
Propterea Q. Scæuola apud Cice-
ronem^q ait, bonæ fidei nomen la-
tissimè patere, versarique in titulis,
iudiciis, mandatis, rebus emptis,
venditis, locatis, conductis, quibus
vitæ societas continetur. Quamvis
enim omnes contractus bonam
fidem desiderent^r, certi tamen
sunt bonæ fidei contractus, in qui-
bus latè patet & exuberat bona fi-
des. Alii stricti iuris, in quibus stri-
ctum ius & angustum versatur^s. In
bonæ fidei contractibus ea veni-
unt, quæ ex æquo & bono venire
oportet, etsi expressa non sint. Se-

cus in

cus in stricti iuris contractibus, in
quibus non nisi id quod nomina-
tim & expressè in conventionem
deductum est, attenditur. Ea ta-
men quæ ex natura sunt contra-
ctuum, etiam stricti iuris, illis tacite
insunt & inhærent, licet expressa
non sint^t. Iurisconsultus ait^v tan-
tundem operari officium iudicis
in bonæ fidei contractibus, quan-
tum conventionem in stricti iuris
iudiciis. In illis fructus, accessiones,
vsuræ, à tempore moræ debentur^x:
In his à litis contestatæ tempore^y.
Vsuræ verò in stricti iuris conuen-
tionibus non debebuntur, nisi per
stipulationem fuissent promissæ^z.
Non desunt tamen qui ex Rogerij
sententia vsuras in illis venire à
tempore iudicij accepti, hoc est, li-
tis contestatæ, existiment, respon-
sum Iurisconsulti^a, quo ait, lite cõ-
testata currere vsuras, de stricti iu-
ris contractu intelligentes. Qui lo-
cus, vt leges legibus quadrent &
conueniant^b, necessariò de bonæ

^t
l. cum quid. &
illic dd. notant,
ff. si cer. pe.

^v
l. quia tantun-
dem. ff. de neg.
gest. l. Lucius.
ff. de poss.

^x
l. mora §. in
bonæ fidei. ff. de
vsur. l. Iulianus
§. ex vendito. &
§. fructus. ff. de
act. empt.

^y
l. cum fundus.
ff. si cer. pet.

^z
l. quamvis. C. de
vsur. l. lecta.
ff. si cer. pet.

^a
l. lite contesta-
ta. ff. de vsur.

^b
c. cum expedi-
at. de elect. in l.
pracipimus. C.
de appell. in
sexto.

B § fidei

fidei contractu accipiendus est: ut hic sit sensus, usuræ quæ in bonæ fidei cōtractu propter moram ante litem contestatam currebant, lite contestata currere non desinunt.

QUANTVM ad æstimationem quanti plurimi res valuerit, varius erat conflictus inter Doctores; an illius ratio esset habenda in stricti iuris contractu à tempore moræ, an verò à tempore litis contestatæ. Illorum sententiam magis probo, qui tempus moræ considerant, quam Iurisconsultus Iulianus expresso responso confirmat ^d, qui tēpore petitionis illius æstimationis habēdam esse rationem voluit, Petitionis autem vocabulo & interpellatio quæ extra iudicium, & illa quæ in iudicio fit, cōprehenditur. Quod & suadet equitas quæ in moræ materia maximè attēditur ^f. Debitor enim cum extra iudicium legitimo modo interpellatus noluit solvere, detrimentum creditori intulit, qui rem distrahere potuisset.

Cæterum

Cæterum quia in eo diuersitas bonæ fidei & stricti iuris contractuum perpenditur, quòd in illis accessiones & fructus à tempore moræ veniant, in his à tēpore litis contestatæ ^g à proposito nostro non erit abhorrens, cum terminorum (ut dici solet) cognitio plurimum conferat, obiter & strictim discutere, quomodo mora dicatur cōtrahi. Mora itaque hoc modo contrahitur, ut si interpellatio fiat extra iudicium tempore & loco congruo ^h, & personæ capaci; Quam interpellationem vnicam sufficere arbitrarer, ut Bartolus ^k, & alij crebrius voluerunt. Corasius tamē doctissimus legum professor putat plures interpellationes requiri: cuius sentētiam in hac re non probo: verum existimarē id ex iudicis arbitrio pendere: nēpe perpendere an vnica, vel plures interpellationes requirantur ^l. Quāuis. n. Iurisconf. plerisq; in locis frequentis interpellationis mentionem fecerit ^m, non

pro-

^e
in l. vinum. ff.
si cer. pet.

^d
in d. l. vinum.

^e
l. si decem. ff.
de ver. oblig.

^f
l. si seruum. §.
sequit. ff. de ver.
obliga.

^g
d. l. mora. §. in
bona fidei d. l.
cum fundus.

^h
d. l. mora. ff. de
usur. l. si ex le-
ga. ff. de ver.
oblig.

ⁱ
l. si pupillus. ff.
de verb. oblig.

^k
l. Titia. §. usu-
ras. ff. de lega. r.

^l
arg. l. mora. ff.
de usur.

^m
l. Æmilius. ff.
de mino. l. qui
Romæ. §. cobra-
red. ff. de ver. ob.

propterea erit cōsequens Iuriscōf. multiplicem interpellationē desiderasse, vt mora verè dicatur cōtracta. In his tamen quæ officio iudicis nobili magis quàm iure actionis debentur, cū illa ex autoritate & potestate Iudicis pendeant veriùs, quàm ex agentis iure, vt mora contrahatur, interpellatio illa quæ in iudicio fit desideratur. Atque etiam præcedente mora creditoris, vt postea debitor in mora constituatur, interpellatio iudicialis requiritur. Aliquando etiam mora contrahitur diei lapsu, siue dies sit expressa, siue à lege subintellecta. Imputatur enim ei qui diem ante oculos habens, ante diem lapsum non soluit. Atque etiam per litis contestationem, aliquando mora contrahitur, nisi debitor iustam litigandi causam foueret. Itaque ex mora hic effectus resultat, vt in bonæ fidei contractu à tempore moræ fructus & accessiones veniant, in stricti iuris

ⁿ
l. cum postulassem. ff. de damn. infe.

^o
l. sed si alia. ff. de const. pecunia.

^p
l. magnam. ff. de cont. & comm. stip. l. traiecticia. §. de illo. ff. de action.

^q
l. 2. C. de iure emphyt.

^r
d. l. magnam.

^s
l. si. ff. de cond. trit. l. Mevia. §. si. ff. de verb. ob. l. hominem. ff. mandat.

^t
l. si quis inficiatus. ff. de positi. l. qui solidum. §. etiam. ff. de le. gatis 2.

verò contractibus à tempore litis contestatæ. Ac post moram debitor re perempta non liberatur, sed ad estimationem tenetur, que loco rei succedit, non quidem officio iudicis, vt crebriùs censent doctores, sed iure obligationis inditæ à lege. Non plura in hanc sententiam dicam, ne longiùs ab instituto egredi videar. Alias quoque differentias inter bonæ fidei & stricti iuris contractus latissimè perpendunt doctores, quos consulere poteris. Non putarem anxie esse præscrutandum, quare contractus stricti iuris magis quàm bonæ fidei, & bonæ fidei magis quàm stricti iuris dicantur. Neque enim omnium quæ à Iurisconsultis constituta sunt ratio reddi potest, alioquin pleraque subuerterentur: neque etiam satis concludens diuersitatis ratio, quam inuehunt doctores mihi videtur: cū dicunt eam ob rem magis emptionem & alios huiusmodi contractus in numerū bonæ

^v
l. quod te. & illic amplissimè notant. dd. ff. si cer. pet. d. l. si ex legat. ff. de ver. obl.

^x
l. si & rem & pretium. ff. de pet. hare. l. La-beo. §. item si. ff. de verb. & rer. sig.

^y
l. si seruum. §. sequitur. ff. de ver. oblig.

^z
l. non omnium. ff. de leg.

^a
in d. §. actionum.

bonæ fidei quàm stricti iuris contractuum relatos fuisse, quòd bonæ fidei contractus stricti iuris contractibus sint frequentiores, & quòd in bonæ fidei contractibus id veniat, quòd æquum & bonum sit præstari, etiamsi expressum non sit, in stricti iuris verò contractibus aliud sit censendū. Quis enim stipulationem, mutuum, precarium, & innominatos cōtractus nō maximè frequentes, & ad cōmercia hominum necessarios esse perspicit? deinde secunda ratio non satisfacit, quia ratio quæ eadem est cum dicto, apta non est & congrua^b. Neque Baldi^c & Iasonis^d & cæterorum mihi sententia placet, qui putant hanc distinctionem bonæ fidei & stricti iuris contractuum iure pontificio reiici, quorum censura expresso textu refellitur^e. Deinde quando aliquid occurrit iure civili statutum, id iure pontificio reprobatū non censetur si id expressa lege pontificia non reiiciatur^f.

Neque

Neque etiam satis tutum esse arbitrari quod doctores g affirmant, nullos contractus cum Principe aliquo cōfectos stricti iuris esse, cum nulla lege expressa nitatur hæc sententia^h. Porro in Gallia non tam anxie an bonæ fidei contractus existat vel stricti iuris, inuestigandum esse putarem: vsu enim forensi omnes contractus quodāmodo bonæ fidei esse iudicantur. Quapropter constitutione regia in omnibus contractibus fructus veniunt à tempore moræ (quorum æstimatione ita ineunda est, quanti nempe communiter valuerint) explosa illa altercatione doctorum, an à tempore moræ, an litis contestatæ tempore in contractu stricti iuris æstimationis ratio haberi debeat. Et in eo illa percelebris constitutione regia à iure communi est recessum: quòd iure civili æstimationis quanti plurimi habenda esset ratio. Hic de quo agimus empti & venditi contractus nominatus est,

nomen

^b
l. qui interrogatus: ff. de pet. barred.

^c
e. r. ex. de plus petit.

^d
in d. l. cum fundus. ff. si cer. pet.

^e
e. cum venerabilis ex. de excep.

^f
l. c. r. c. 2. ex de no. op. nuncia.

^g
Felinus in c. r. ex de proba.

^h
ar. l. illud vers. ea enim. C. de cola. l. at si quis. §. diuus. ff. de relig. et sep. fun.

nomen habens speciale seu elegans, & propriam sui nominis actionem ⁱ: atque ita merito nominatus contractus censendus est. Non obstat venditionis vocabulo omnem contractum contineri ^k, per quem dominium in aliquem transfertur: nam hæc significatio, & latissima emptionis interpretatio, improprie fit ^l. Quod si enim proprie venditionem consideres, ad eam duntaxat contractus speciem refertur, qua certo pretio res aliqua distrahitur. Quod comprobatur Jurisconsultus utens hac dictione videtur ^m, quæ improprietas denotat ⁿ, cum venditionis vocabulo omnem alienationis speciem contineri ait. Singulas contractuum nominatorum & innominatorum differentias sigillatim persequeretur, nisi prolixior quam par esset videretur: Aliquas tamen expendam, quæ à doctoribus proponuntur. Prima est, eum qui dare tenetur propter contractum nominatum,

ⁱ
l. iurisdictionum.
ff. de pact.

^k
l. statuliberi in
fine. ff. de statutib.

^l
d. l. statuliberi.

^m
in d. l. statuliberi.

ⁿ
l. si quis fundum. ff. de contr. emp. l. iii. §. ex contrario. ff. de acq. poss.

natum, non liberari præstando id quod interest, sed ea necessitate esse constrictum, ut rem dare debeat: secus in contractu innominato ^p. Quam communem doctorum sententiam tutam esse non puto: Quinimo & in contractu innominato qui dare tenetur invito creditore, præstando id quod interest, non liberatur. Quod Jurisconsultorum responsis comprobatur, quibus patet debitorem non liberari nisi rem promissam det, & in creditorem transferat ^q. Quare creditor adversus debitorem ita experitur, etiam si de contractu innominato tantum agatur, ut debitor promissa faciat, seu conuentis stet ^r. Atque ita sententia ferenda est, cum libello respondere & quadrare debeat ^s, ut rem dare debitor condemnari debeat. Quod si tamen debitor rei dandæ facultatem non haberet, ut quia reperiri non posset præstando id quod interest, ex Jurisconsulti sententia liberatur ^t. Iu-

^p
l. ubi autem §.
fi. ff. de ver. obl.

^q
l. naturalis. §.
i. ff. de pres. verb.

^r
l. si. ff. de cond. caus. dat.

^s
l. cum precibus.
l. quoniam l.
rebus. l. si. C. de rer. permut.

^t
l. ut fundus. ff. comanuni divid.
l. si praeses. ff. de pœni.

^u
l. i. ff. de act. emp.

C risconsultus

v
d. l. x. ff. de act.
em.

risconsultus enim ait v: Quòd si res vendita non tradatur, in id quod interest agi posse: Qui locus ita intelligendus est, quando res promissa non extat, vel commodè præstari non potest: neque obstat quod inuehunt in contrariam sententiam doctores, aduersus debitorem ob contractum innominatum agi aliquando ad id quod interest, & ad rem promissam x: neque enim sequitur creditore duntaxat agente vt rem consequatur, debitorem liberari id quod interest præstando: si debitor rei tradendæ facultatem habeat. Non vrget quoque quod illi censent, contractus innominatos nominatis contractibus debiliores esse & infirmiores, quòd illi non nisi re sequuta vim habeant y. Nam idem quodammodo, imò verò amplius & firmitus robur habere videntur, cum ex contractu innominato agens plurib. remedijs nitatur, præscriptis verbis siquidem sibi porrigitur actio z & conditio

x
d. l. naturalis.
§. 7.

y
l. s. ff. de rer.
permut.

z
d. l. naturalis
§. 1. de præsc. ve.

quæ

quæ ob poenitentiam datur & causam non sequutam a. Quam poenā rescisionis, nempe contractus & restitutionis rei acceptæ debitor in contractu nominato ob fidem nõ seruata non patitur b, nisi is in contractum innominatum migraret propter coherentiam pacti iuxta contractum c, atque etiam de dolo actio datur in contractu facio vt des d: quia qui in mora dandi est, cum qui facere tenebatur factum præstitit, quodammodo in calumnia & fraude cõstitutus videtur, cum facta vt plurimū non repetatur e & difficilius præstentur f. Quæ ratio in contractibus innominatis locum non habet: nam datio momento impleri potest g, quod cumulatissimè illic doctores annotāt imò verò & mihi persuaderē, eum qui ad faciendum & ad rē restituendam tenetur, non liberari præstando id quod interest, si factum cõmodè præstari possit h, vel si qui rem restituere tenetur rei restituendæ

a
l. si pecuniam.
C. toto farè tit.
ff. de cond. caus.
dat. cas. non sequu.
d. l. naturalis. §. 1.

b
l. inciuile. C. de rei. vend. l. ea conditione. C. de rescind. vend.

c
l. cum te. C. de pact. inter. emp.

d
l. naturalis. §. quod si faciam.
ff. de præsc. verb.

e
l. in bello. §. facta. ff. de cap. C. postlimi. reuer

f
arg. l. 2. ff. si quis cautio.

g
l. si. ff. de cond. instit.

h
l. stipul. §. opus. ff. de no. op. nunt. l. fide. cõmissa. §. penul. ff. de l. 3.

C 2 facult.

i
 glo. in §. sequens
 inst. de actio.

k
 glo. & dd. in
 l. pacta conven-
 ta. ff. de con.
 emp.

l
 in l. cum quid.
 ff. si cer. pet.

m
 §. 1. inst. de em.
 l. cum res. C.
 de probat.

facultatem habeat. Petitio enim eius quod interest magis creditoris fauorem respicit quàm ipsius debitoris, tuum in hac re adhibeas iudicium. Iam nunc perpendenda veniunt, quæ sunt ex substantia vel natura contractus emptionis. Quamobrem animaduertendum est quædam dici ex substantia, quædam ex natura contractuum: atque etiam quædam dicuntur accidentia contractuum *k*. Naturam contractuum doctores *l* duplicem esse censent: vnam internam, alteram verò externam. Ex substantia ea dicuntur esse, si non exprimantur, contractus subsistere nequit, vt in emptione consensus res & pretium *m*. Ex natura verò intrinseca contractuum ea sunt quæ tacitè contractibus insunt, etsi non exprimantur quæ per pactum tolli non possunt, eadè contractus specie remanente. Sed si pacto tollantur cōtractus, transformabitur seu transfundetur in alteram contractus speciem, vt in emptionis

emtionis cōtractu dominij translatio censetur esse ex natura contractus. Propterea pacto fieri non potest subsistente contractu emptionis, quòd dominium rei vendita in emptorem non transeat *n*. Ex natura verò externa contractuum sunt ac dicuntur quæ ipsis contractibus tacitè insunt, & quæ tamen pacto tolli possunt, firmo remanente contractu, Vt euictio tacitè contractui emptionis dicitur inesse *o*: fieri autem pacto potest venditorem non euictionis nomine teneri *p*. Accidentia verò contractuum dicuntur, quæ per pactum contractibus accedunt, sine quibus contractus omni ex parte tenet *q*. At huiusmodi pactum, quo contractui aliquid accedit, informat & extendit vim contractus cui adiicitur ad id quod in pactum deductum est, siue sit bonæ fidei contractus siue stricti iuris *r*. Idque propter coherentiam pacti iuxta cōtractum. Quæ enim in continenti fiunt in-

n
 l. cum manu
 data §. si. ff. de
 cont. emp.

o
 l. non dubita-
 tur. C. de euict.

p
 l. emptorem. §.
 denique ff. de
 act. emp.

q
 d. l. pacta con-
 uenta & illic
 glos. ff. de cont.
 emp. l. non idcir-
 co. C. de cō. emp.

r
 l. iuris gentium
 §. quinimo.
 ff. de pact. l. le-
 ta. ff. si cer.
 pet.

f
d. l. lecta. l. fun-
di partem. ff. de
cont emp.

t
d. l. cum res.
C. de probat.

v
l. consensu. ff.
de act.

x
l. in omnibus.
ff. de act. l. i. §.
conventionis. ff.
de pact.

y
d. l. in omnibus.

z
§. i. inst. de obl.
qua ex consensu.

a
l. in venditio-
nibus. ff. de cont.
emp.

b
l. si quis. in fun-
di vocabulo. ff.
de leg. 2.

esse videntur *f*. Tria ex emptionis
substantia esse censentur: Consen-
sus, res, & pretiū *t*: quæ singula sin-
gulatim persequamur, quorum ex-
plicatione præcipua huius contra-
ctus vis & natura, & amplissima hu-
ius conventionis materia frequen-
tissima & cognitione dignissima
explanabitur. Primo loco consen-
sus in empt. cōtractu desideratur *u*,
qui & ad omnium cæterorum cō-
tractuum formā & substantiam re-
quiritur, cum ob dissensum omnis
contractus destruatur *y*. Sed maxi-
mè attenditur in eo contractu qui
consensu dicitur perfici *z*. Cæterū
animadvertendum est varijs modis
dissensum in contractu deprehen-
di: Aliquando enim circa rem, ali-
quando circa rei nomen, nonnun-
quā circa materiam, atq; etiam cir-
ca qualitatem & fines rei vendita,
tum circa contractus speciē depre-
henditur dissensus. Porro in re dis-
sensus contractum euertit *a*: quod
& in legatis *b*, & rescriptis locū ha-
bet.

bet. In Iudicijs, etiā rē de qua quæ-
stio est designari oportet, nisi vni-
uersali vel generali iudicio agatur,
In quib. & libellus incertus, & sen-
tentia incerta tolleratur *d*, quæ in
executione sententiæ certa reddi-
tur. Dissensus seu error in nomine
concurrente mutuo consensu cir-
carem venditā non obest *e*. Certū
enim id est nō modò quod expref-
so nomine designatur, sed quod
qualibet alia demonstratione, quæ
nominis vice fungitur, quale quā-
tūmque sit ostenditur *f*. In materia
verò dissensus, si totius materiæ re-
spectu error versetur, contractum
euertit, siue bonæ fidei fuerit, siue
stricti iuris *g*. Quare Iasonis, Areti-
ni, & Raphaëlis Cumanii *h* opinio-
nem non sequerer, qui putant dis-
sensus in materia contractū stri-
cti iuris non euertere: nam consen-
sus ad omniū contractuum substā-
tiā & formā necessarius est *i*, cuius
substātiæ omissio contractū destru-
it *k*. Sed si quis per stipulationē rem

s
l. si rem ff. de
re vend. glo. in l.
forma ff. de cōf.

d
l. 2. C. de sent.
qua sine cer. quā
gl. & dd. in l.
1. ff. de edend. gl.
& dd. in §. cu-
rare. inst. de act.

e
d. l. in venditio-
nibus.

f
l. certum. ff. de
reb. credit.

g
d. l. in venditio-
nibus.

h
in l. si cum au-
rum. ff. de ver.
obl.

i
l. i. §. conventio-
nis. ff. de pact.

k
l. in omnibus.
ff. de actio.

l. si. §. licentia. C. de iur. delib. l. verum in fine. ff. de minor. l. Proculus. in fin. ff. de dam. inf.

m
l. patronus. §. Sæpronius. §. libertis. ff. de lega. 3. gl. in l. si Fortidianum. C. de lega.

n
l. si eg. ff. si cer. pet.

o
l. nunquam nuda. ff. de acq. rer. do.

p
l. cum in corpus. ff. de acq. rer. domi.

q
in l. 1. de offi. pro. Casa. in l. si ego & l. eius qui ff. si cer. pet. gl. & dd. in l. cum fundus. §. si seru. ff. si cer. pet.

alicui ex mera liberalitate promitteret, cum non utique sit par ratio lucri & damni *l*, dissensus in materia illam stipulationem non labefactat. At dissensus circa qualitatem quæ substantialis non sit, vel circa fines rei venditæ, contractum non inficit *m*: ad id tamen quod interest actio restat. Sed si in contractus specie contrahentes dissentiant, propter talem dissensum contractus corruet *n*, cum nuda causa dominium in aliquem non transeat *o*, quæ nuda dicitur in quam partes non consenserunt: id tamen liberationis favore temperatur. Quod Iurisconsultus Iulianus expresso responso cõprobat *p*. Quod si quis plenius & amplius videre voluerit quando dissensus noceat, seu quando dominij translatione impediatur, consulat Bartolum *q* & cæteros qui hæc latissimè perpendunt. Hæc breuiter dixisse sufficiat. Porro hunc cõsensum qui in contractu emptionis requiritur, non implicatum

implicatum aut inuolutum esse oportet, sed venditor clarè rem ipsam & qualitates rei venditæ indicare debet, ne sub inuolucro verborum emptorem fallat, & cum impostura quadam eludat *r*: ut si verbis fallacibus, ambiguis, seu multiplicem intellectum habentibus, vteretur. Exemplum proponunt interpretes: Ut si venditor emptorem alloquens dicat: Equus quem tibi vendo arbores non ascendit. Hac fallacia sibi præcauere volens & consulere, quòd equus per pontem liqueum non transiret: quod est imposturæ ascribendum: quam Budeus doctissimus pro fallacia sumit *s*: cuius interpretationem non approbo (salua eius venia dixerim) cum propriè impostura dicatur, cū quis verbis ambiguis & inuolutis aliū decipere vult: & inter fallaciam & imposturam sit discrimen *t*: verbum enim fallaciæ est latius. At illa obscuritas fallax & captiosa aduersus eum interpretatur,

r
l. 1. §. si. l. Iulianus. l. quaro. ff. de act. emp. l. ea qua. §. si. ff. de cõt. emp. Panor. in c. si iniuste ex. de rer. perm.

s
in l. 3. §. 1. ff. de adil. edict.

t
arg. l. 3. §. item si quis. ff. de cri. mi. stellio.

^v
l. veteribus. ff. de pact. l. cum in lege. ff. de cont. emp. l. quicquid adstringenda. ff. de verb. oblig.

^x
l. penultima. ff. de ser.

^y
*l. filius famili-
 as. §. inuitum.
 ff. de procura. l.
 qui vas. §. veta-
 re. ff. de fur.*

^z
*l. quadam. ff. de
 eritio.*

^a
*l. si fideiussor. §.
 1. ff. de pig.*

^b
*g. inc. si quis su-
 per verbo sub-
 scripserit. ext.
 de reb. ecclesia.
 non alia. Ia. in l.
 si ita. §. Cryso-
 gonus. ff. de ver.
 oblig.*

^c
*l. Titia. §. Lu-
 cia. ff. de leg. 2.*

^d
*l. Caius. ff. de
 reb. al. non al.*

pretatur, qui apertius seu significatius loqui potuit ^v. Patientiam & taciturnitatem vim consensus non habere in contractu venditionis certum est: eo enim ipso quod te presente & tacente rem tuam quis vendit, praedictum tibi non inferitur: cum in his quae quis prohibere non potest ^x, & quae graue damnum & detrimentum afferunt, patientia sit loco contradictionis ^y, seu dissensus, & verum consensum non praeseferat. Secus si cum taciturnitate aliud accedat ^z: ut si tacens pecuniam rei venditae recipiat, vel venditioni subscribat ^a, cum is qui subscribit, ea omnia approbare videatur quae in scriptura continentur cui subscripsit ^b: praeterquam si quis tanquam testis ^c, vel non lecto seu viso instrumento subscripsisset ^d: quae enim ad certum finem induta sunt, varium diuersumque effectum non producant ^e, & con-

uentiones

^e *l. si. C. plus val. quod ag. l. 2. C. de legata inutiliter. ff. de lega. 1.*

uentiones ad incogitata non referuntur ^f. Vnde Aresto curiae supremae Parisiensis intellexi comprobatum fuisse, dominum feudi non ob id repelli, quin rem a vasallo venditam iure feudi recuperare sibi liceat, quod huic venditioni tanquam testis subscripserit. Ac subscribens in charta vacua non videtur consensisse praedicta ratione ^g. Atque etiam ille consensus in emptionis contractu (quamuis plerique interpretes refragentur ^h in continenti interuenire debet. Vnde si tibi quis rem vendat, & ex intervallo emere consentias, si venditor sententiam mutauerit, nihil agitur ^k in stipulatione: siquidem Iuriconsultus ^l, ut illa subsistat, responsionem debere in continenti, interrogationem praecedentem subsequi ait. Et Ulpianus eos conuenire ait ^m, qui in vnum consentiunt, & in vnam sententiam decurrunt: quasi velit Iurisc. mutuam in continenti consensum interuenire debere. Nam propter temporis

^f
l. mater. ff. de inof. test. l. cum aquiliana. ff. de transa.

^g
l. sen in d. §. Chrysofonus Innocent. c. 2. ext. de fid. instrument.

^h
l. si stipul. §. si. ff. de ver. oblig.

ⁱ
ar. l. 1. §. 1. ff. de ver. oblig.

^k
glo. et Bar. in l. 1. ff. de cont. emp.

^l
d. l. 1. §. 1. ff. de ver. oblig.

^m
l. 1. §. conuentionis. ff. de pact.

^u
Bar. in l. titia.
§. 1. ff. de verb.
oblig. Iason. in
d. l. 1. §. 1. ff. de
ver. oblig.
^o
l. continuus. ff.
de ver. oblig.

^p
§. 1. inst. de
emp. l. contractus.
C. de fid. instru.

^q
d. §. 1. & d. l.
contractus.

^r
l. fi. C. de contr.
emp.

temporis interuallum à priori actu videtur recessū fuisseⁿ: & quis prioris negotij videtur esse oblitus, nisi modicum & perexiguum tantum temporis interuallū intercederet: cum Iurisconsultus id continuo fieri dicat, quod modico interiecto interuallo efficitur^o. Quod si contractum scriptis fieri placuerit, solo cōsensu hic contractus non perficietur: neque antè perfectus censetur, quàm si scriptura intercesserit^p. Quod verum esse crederem aduersus Azonem illic, & sequaces, etiamsi contrahentes nulla protestatione vtantur: ea nempe quòd non aliàs contractus valeat, quàm si scriptura intercesserit. Cùm enim Iurisconsulti hoc statuunt^q, si simpliciter contractum scriptis fieri placuerit, scripturam ad substantiam contractus necessariam esse: hæc subauditio inepte iueheretur^r, quod illæ Imperatoris constitutiones protestationem huiusmodi desiderarent, Ridiculi enim

enim planè esset dicere Iurisconsultum mancum & mutilum fuisse. Atque etiam hac commentitia interpretatione vtens non videretur interpretari, sed nouam legem condere: quod nostrum non est. Itaque hoc certissimum exemplū est, in quo scriptura necessaria est, cùm inter contrahentes contractum scriptis fieri conuenit. Licet enim scriptura regulari communique iure, vt negotium pleno robore nitatur, minimè requiratur, vt quæ adiuuandum memoriam, vel probationis facilioris causa, adhiberi soleat^v: certa tamen sunt negotia quæ necessariò scripturam desiderant: quæ doctores variis in locis commemorant^x: inter quæ hoc exemplum meritò annumerandum est. Sed & consensum qui in contractu emptionis cæterisque contractibus desideratur, voluntarium esse oportet^y, cùm nemo inuitus emere vel vendere cogatur præterquam si religionis fauor^z, qui

^f
l. Merarius. ff.
de reg. iur.

^t
l. pactum. C. de
pact. l. cum res
C. de proba.

^v
l. contrahitur.
ff. de pig. l. 3. ff.
de fid. instr.

^x
gl. in c. 1. §.
postquā. ext. de
cens. Specul. in
tit. de inst. edict.
Iason in d. l. pactum.

^y
l. sicut. C. de
act. l. nec emere.
C. de iur. delib.
l. inuitum. C. de
contr. emp.

^z
l. sunt persona
ff. de relig. &
sump. fun. l. si
quis sepulchrū.
ff. eodem.

^a
l. Lucius ff. de
euct.

^b
l. imperatores.
ff. ad l. Iul. de an
nona.

^c
l. venditor. ff.
Commu. prad.
*

Salicet. in l.
exhibitionis. C.
ad exhib. arg. l.
2. & illic gl. &
dd. C. de debit.
civ. lib. 10.

^d
c. constitutus.
ext. de integ.
rest. latè D. Ti-
raquellus in suo
tractatu de re-
tractu.

^e
l. in fundo. ff.
de rei ven. l. lex
que tutores. C.
de administ. tu.

^f
§. cum autem.
inst. de emp. toto
tit. ff. & C. de
per. & com. rei
vend. g. l. pignus. C. de pig. act. l. rescriptum. ff. de
dist. pig. h. l. q. pendente. ff. de act. §. vendita. inst. de ver. divis. l.
quod vendidi. ff. de cont. emp.

qui maximus esse debet, vel utilita-
tis publicæ ratio ^a (vt in annona ^b)
vel alia legitima causa id suadeat.
Exemplum commune est in retra-
ctu consuetudinario. Iure enim re-
tractatus, illoque remedio quod
est in rem scriptum, * rem à proxi-
mo emptam liberum est intra an-
num auocare ^d: quia plurimum
nostra interest auito patrimonio
non carere ^e, & utile esse visum est
in familia bona conseruari. Cate-
rùm solo consensu inuita emptio-
nis conuentione periculum rei
venditæ in euentem pertransit ^f.
Negotium non facit, quod dici so-
let: Rem perire domino, seu rei in-
teritum in detrimentum veri do-
mini redundare ^g. Licet enim ipse
emptor re nondum ei tradita, rei
venditæ verè & propriè dominus
non sit ^h, inspecto tamè iure quod
sibi competit, ad rem consequen-
dam

dam quodammodo dominus esse
videtur ⁱ. Deinde venditor nō per-
petuus & irreuocabilis (vt appel-
lant) dominus est, sed momento
tantum res penes eum est reman-
sura. Illud autem axioma, rei peri-
culum ad dominum pertinere, vt
frequentius, locum habet in eo
qui dominus perpetuus est, saltem
à quo illa res euocari & exigi non
possit. Sed quia in hunc locum in-
cidimus, pauca de periculo rei ven-
ditæ referre non erit alienum.

IN PROMPTU EST, periculum
rei venditæ, etiam ante traditionē,
ad emptorem pertinere ^k, cum ad
eum commodum spectet ^l. Quod
Caius Iurisconsultus ^m temperat in
re quæ ad certum pondus, nume-
rum, vel mensuram distracta esset.
Cuius periculum, antequam fue-
rit appensa, ad mensa, annumeratā-
ve, in euentem non transit. Atq;
etiam in venditione sub conditio-
ne confecta ante euentum condi-
tionis periculum in euentem nō
transit

ⁱ
l. qui actionem
ff. de reg. iur.

^k
toto tit. ff. de
per. & com. rei
vend. & c. eod.

^l
d. §. cum autem
habitationum.
ff. de peric. et cō-
mo. rei vend.

^m
l. quod sape. §.
in his ff. de corat.
emp.

ⁿ
l. necessario. ff.
de peric. & com.
rei ven.

^o
d. l. necessario.
l. credere dic. ff.
de ver. et rer. sig.

^p
d. l. necessario.

^q
l. i. & fi. C. de
peric. & com. rei
vend.

^r
l. si quis vina.
ff. eodem. l. 2. C.
eodem.

^f
gl. & dd. in l.
si quis nec cau
sam. ff. si cer. pet.

^t
l. Pomponius.
ff. de pact. dot. l.
si rem tibi. ff. de
pres. ver. facit.
tit. ff. & C. de
per. & commo.

^v
in d. l. si quis
nec causam. ff. si
cer. pet.

transitⁿ, cum perfecta verè vendi-
tio non censeatur, nisi tunc demū
cum conditio euenerit^o. Deterio-
ratio tamen in ea specie etiam an-
te euentum conditionis ad emen-
tem pertinet^p: ac re vendita ex cau-
sa præcedente contractum euicta
emptoris periculū nō erit^q. Quod
si res vendita degustari debeat, an-
te degustationem periculum ad
emptorem non pertinet^r. Periculi
vocabulum, vt frequentius sumūt
doctores, vt à casu fortuito diffe-
rat^s, in eo quod præcedat leuissi-
ma culpa periculum. Cæterum ar-
bitror periculum etiam ad casum
fortuitū referri, etsi leuissima cul-
pa illud non præcedat^t. Quamob-
rem Ioannis Glofatoris antiqui in-
terpretatio mihi magis placet, etsi
plerique contrariam teneant sen-
tentiam: qui Vlpiani responsū
quo ait re penes aliquem deposita
vt depositarius illa re vteretur, e-
amq; in suos vsus conuerteret, pe-
riculum rei depositæ ad deposita-
rium

DE RES C. VEN. COMMENT. 47
rium pertinere, ita accipiendum
esse censuit, vt periculum illic ca-
sum fortuitum significet, quem
nulla etiam leuissima culpa præcef-
ferit. Quæ interpretatio vera esse
ostenditur, tum ex propria huius
vocabuli (Periculum) acceptione,
tum ex natura negotij. Cum enim
pecunia esset deposita vt ea depofi-
tarius vteretur, dominium pecu-
niæ ad depositarium pertinuit^x, &
per consequens eius periculum: si-
quidem casus fortuitus ad rei do-
minum pertinet^y. Casus autem
fortuitus is est quem nullum ho-
minis cōsiliū præcauere potest^z:
De casu fortuito quis regulari cō-
munique iure non tenetur^a, sed
damnum ex eo obueniens ad do-
minum rei spectat, paucis demptis
casibus: vt si mora, culpa, vel dolus
casum fortuitum precesserint^b: vel
quis expressa conuentione casus
fortuiti periculum in se susceperit^c.
Culpa autem multiplex est^d: quæ-
dam lata, quædam leuis, alia leuif-
sima.

^x
l. Lucius l. die
sponsaliorum. §.
i. ff. depos. l. in
naue. ff. loca.

^y
l. pignus C. de
pign.

^z
l. que fortuitis.
C. de pig. actio.
l. 2. §. si eodem
tempore. ff. de
admi. tut.

^a
d. l. qua fortu.

^b
gl. in leg. i. §. se-
pe ff. dep. c. i. ex.
commoda.

^c
d. ca. i. ex com-
mod. & l. i. C.
eodem.

^d
Bart. & ceteri
in l. quod Ner-
ua. ff. depo.

fina. Lata culpa potest dici consueta & vulgaris diligentiae ommissio, & vulgaris diligentiae ommissio, quae tam supina est vt nullo excusationis praetextu elui possit: vt si quis eam diligentiam non adhibeat, qua etiam qui piger & ignauus est, vtitur: vel si quis in rebus alienis quas detinet diligentiam non adhibeat, qualem in proprijs f. Hanc latam culpam simillimam esse dolo ait Iurisconsultus: vnde Bartoli distinctionem g (salua tanti viri venia dixerim) non approbo, cum ait latissimam culpam tantum dolum esse, cum Iurisc. & latiore & lata culpam dolum esse dicat b. Quod ita accipi debet, vt de dolo qui fit in omittendo intellexerit Iurisconsultus. Duplex enim dolus est: quidam in committendo, alius in omittendo i. In delictis in promptu est latam culpam non equiparari dolo b. imò etiam vbi de infamia alicui interroganda agitur, certissimum est latam culpam non esse adaequan-

e
magna. l. ce-
e. §. si. ff. de
e. rer. sig. l.
her. §. si. cum
trebell. l. r.
hac actio. ff.
mens.
f
d. l. quod Ner-
ua.
g
in d. l. quod
Nerua.
h
d. l. quod Ner-
ua. §. l. magna.
i
gl. in l. semel
mora. ff. sol. mat.
k
l. 3. ff. ad l. Cor.
de sicar.
l
§. suspectus.
inst. de susp. tut.

dam

dam dolo: Lætio enim existima-
tionis quodammodo damno vi-
tae æquiparatur m. Leuis culpa fit,
vt cum quis talem diligentiam
non adhibet, qualem bonus pater-
familias n. Leuissima culpa dicitur
committi, quando quis non talem
diligentiam adhibet, qualem dili-
gentissimus quisque: quæ ommissio
exactissime diligentie appellari po-
terit o. Leuis culpa in his contra-
ctibus venit, qui vtriusque utilita-
tem respiciunt: Leuissima verò in
his, qui solius accipientis utilitatē
spectant p. Ob dolum semper quis
tenetur, vnde pacto fieri non po-
test, vt de dolo quis non teneatur q
ne occasio delinquendi præstetur r.
Dolus tamen præteritus pacto re-
mitti potest s: cum ex iuris regula
omnes licentiam habeant renun-
ciare his, quæ pro se introducta
sunt t: & quod inter contrahentes
conuenit, seruari debet, si mo-
dò conuentio iusta & legitima
fuerit.

m
l. iusta. ff. de
manu. vindict.
n
d. l. quod Ner-
ua. §. si. inst.
quib. mo. recõr.
obl.
o
§. si inst. pro
socio.
p
l. si vt certo. §.
nunc videndum
ff. commod. d. l.
contractus. §.
illic per glo. §.
Dynu. ff. de reg.
iur.
q
l. si vnus. §.
illud. ff. de pact.
r
l. conuenire. ff.
de pact. dor.
s
d. §. illud.
t
l. si quis in con-
scribendo. C. de
pactis lege si
iudex ff. de mi-
norib.

v
l. cum res. C. de
probat. l. si in
emptione. §. om-
nium. ff. de
cont. emp.

a
l. i. §. re. ff. de ac.

b
l. i. §. si. ff. de
cont. emp.

c
§. vendita inst.
de rer. diuis. l. si
ager. ff. de rei
vend. l. qui pen-
detem. ff. de act.
emp.

d
l. rem alienam
ff. de contr. emp.

e
toto tit. C. de
reb. ali. non al.

f
l. inciuile. C. de
furt.

g
l. emptor. ff. de
rei ven. l. utere.
C. de prad. mi.
l. 2. §. illic no-
tat. gl. & Bar.
C. de uxo. mili.

h
l. 3. l. si fundum

RES UT venditio stet desidera-
ratur ex huius substantia v: non
quemadmodum in contractibus
qui re dicuntur perfici, in quibus
nisi res detur, contractus nullo ro-
bore nititur a. At in eo de quo agi-
mus contractu, rem in contractū
deduci sufficit, vt ille stet b: licet
plenum robur non habeat, nisi de-
mum re tradita c. Rem autem alie-
nam vendi posse refert Iuriscon-
sultus d, non quidem in præiudici-
um veri domini, cui licet rem su-
am à quolibet iniusto possessore
vendicare e, etiam non refuso pre-
cio f, nisi emptor bonæ fidei esset
possessor, & precium in utilitatem
veri domini esset conuersum g: tūc
enim precium à vero domino re-
stitui debet: atque etiam ita de-
mum rem suam ab alio vendi-
tam vendicare potest, nisi is posses-
sor præscriptionis remedio tutus
esset: atque etiam nisi verus domi-
nus venditori successisset h. Siqui-
dem

C. de rebus alienatis non alienandis.

dem propter præscriptionem quæ
in odium negligentis introducta
est, & ne dominia rerum sint in-
certa k, dominium non modò uti-
le, sed & directum (vt Martinus
glosator antiquus voluit) in præ-
scribentem transfertur l. Ioannes
tamen glosator antiquus domini-
um in præscribentem directū nun-
quam transferri affirmavit: cuius
sententiam doctissimus Alciatus
sequutus est m, & cæteri communi-
ter, quorum opinioni non assenti-
or. Et tale dominium in præscribē-
tem transferri puto, quale erat pe-
nes eum contra quem præscriptū
est: vt si utilis tantum dominus es-
set, utile tantum dominiū in præ-
scribentem cēseatur translatum n:
si verò directus esset dominus, i-
dem dominium, nempe directum,
præscribens perfecta præscriptione
sibi conquirit. Rem autem in
contractum deduci sufficit, quæ et-
si reuera non sit, tamen eam sub-
esse speretur a: vt si quis iactum re-

i
§. i. inst. de usuc.
h
l. ff. ff. pre emp.
l
ant h. nisi tricē
nals. C. de bo.
mater. §. i. inst.
de usucap. l. eum
qui. ff. eodem.

m
in l. quinque
pedum. ff. fini.
regum.

n
arg. l. si finita
§. si de vectiga-
libus. ff. de dam.
infect.

o
l. neq. captio.
§. aliquando. l.
si iactum. ff. de
cōt. emp. l. specm.
C. de donat.

a
l. nominis. l.
postquam. C. de
hered. vel
vend.

tis emerit: licet enim piscator nul-
 los pisces extraxerit, venditio tamē
 tenet. Atq; etiam res incorporales,
 nomina, seu actiones vendi pos-
 sunt *b*. Quòd si à lege certæ rei esset
 prohibita venditio, illius rei vendi-
 tio non subsisteret, cū lex huic
 venditioni resistat, & illius vim seu
 robur impediatur *c*. Nota enim est &
 vera quæ à doctoribus assignatur
 distinctio *d*: Aliquando legem con-
 tractui resistere, aliquando conuē-
 tionem assistere: Nonnunquam ve-
 rò legem ei neque assistere neque
 resistere. Quòd si conventioni lex
 resistat, in promptu est ex ea con-
 ventione quam lex rejicit & re-
 probat, neque civilem, neque
 naturalem obligationem nasci *e*, si
 verò conventioni assistat, & natu-
 ralis & civilis obligatio nascetur:
 si tamen lex pacto non assistat, so-
 lam naturalem, non verò civilem
 obligationem doctores oriri arbi-
 trantur *g*. Atque etiam hæc cogni-
 tione dignissima à doctoribus pro-
 fertur

b
l. i. ff. de fund. dotal. si non sor- tem. ff. de cond. ind. l. cum lex. ff. de fideius.

c
Bar. in l. stipula. §. alteri. ff. de ver. oblig.

d
l. non dubium. C. de leg. l. cum lex ff. de fideius. l. pacta. qua cō- tra. C. de pact

e
§. i. inst. de obl. facit l. legitima. ff. de pact.

f
l. iurisperitium. §. sed cum nulla. ff. de pact. l. hoc. amplius. §. is na- tura. ff. de reg. iur.

g
tot. tit. ex. de Reb. Eccl. non al. toto tit. C. de prad. minor. l. si C. de reb. al.

fertur distinctio. Prohibitionem a-
 lienationis quandam esse quæ à le-
 ge fit: & huiusmodi prohibitio
 translationem dominij impedit *h*:
 quia quæ contra leges fiunt, pro in-
 fectis habenda sunt *i*. Quandam
 quæ à testatore fiat, quæ si causa ni-
 tatur, dominij quoque translatio-
 nem impedit *k*. Rursus & aliam esse
 prohibitionem censent, quæ ex
 conuentione emanat: quæ nisi cū
 ea cōcurrat legis prohibitio, quòd
 duo nexus sunt vno fortiores *l*, &
 præterquam in themate Juriscon-
 sulti Marcelli *m*, dominij transla-
 tionem non impedit *n*. Quæ suo
 loco fusiùs & latiùs doctores exa-
 minant *a*: quæ prolixius & exa-
 stiùs discuterem, nisi longiùs ab
 instituto egredi viderer. Neque
 enim in hanc constitutionem
 Commentarios nostros, quos
 in tui gratiam (beneuole Le-
 ctor) conscripsi, licet me plerèque
 occupationes interuerterent & di-

h
in c. vides §. distinct. l. non dubium. C. de leg. l. si quis in- quilinos. §. si. ff. de lega. i.

i
l. filius familias. §. diuiti. ff. de lega. i.

k
§. sanctissimas. in auth. de alie. §. emph.

l
c. i. ex. de treu. §. pac. in auth. itaque. C. comu. de success.

m
l. si creditor. §. si. ff. de dist. pig.

n
l. si sterilis §. si fundum. ff. de act. emp. l. si ita quis. §. ex lege. ff. de ver. obl.

A 4

sturba-

Bartolus Inson

in lege filius familias. §. diuitia ff. de legatis primo.

sturbarent, in immensum contrahere decreui, sed breuiter quæ precipua & necessaria mihi videbuntur, attingam: cumulatora & exactiora (Deo optimo maximo auxiliante) emissurus, si hos primos nostros foetus æquo & beneuolo animo à te susceptos fuisse intellexero.

AT ET PRECIUM ex contractus emptionis substantia desideratur, quod certum esse debet, & in pecuniâ numerata consistere *b*: quâ pecuniam probam, non verò ad ulterinam ab emptore solui oportet *c*. Proba autem esse debet pondere, autoritate, forma, & materia *d*: Mutuo tamen interueniente consensu, aliud loco pecuniæ solui potest *e*: Pecunia siquidem in constitutendo contractu maximè necessaria est, cum in contractibus non id quod extrinsecus obuenit considerari oporteat, sed tempus contractus initi, attendi, & considerari solcat *f*. Illud autem pretium v-

b
§. precium inst.
de emp.

c
l. & eleganter.
§. qui reprobos.
ff. de pig. act. l.
lecta. in verbo
probam. ff. si
cer. pet.

d
Bar. in l. 1. ff. de
cont. emp.
Baldu. in c.
quãto. ex. de iur.
re iur. Salic. in
l. 2. C. de fal.
mon.

e
l. precij. C. de
rescind. ven.

f
l. si filius fami-
liã. ff. de ver.
ob. l. si filius fa-
miliã. ff. de reg.
iur. l. 3. §. diu. ff.
de iur. fisc. l.
rutib. ff. de cõ-
trah. emp.

triusque contrahentis voluntate constitui debet *g*: in arbitrium tamen tertij conferri potest *h*. Quamuis enim accidens aliquod in alterius ex contrahentibus voluntatem conferri possit: non tamè id quod ex contractus substantia est, quale est pretium *k*. Ante traditionem pretij emptor dominium rei venditæ non consequitur, nisi fides de pretio habita sit *l*.

Porro traditio ad plenam seu omnimodam huius contractus perfectionem desideratur *a*: neque enim aliàs rei venditæ dominium in emptorem transfertur, quàm si ei res tradita sit *b*. Ideo ante traditionem ius Laudemiorum ac ius retractus minimè nasci existimant doctores *c*. Receptus in Gallia esse arbitror, etiam nondum re tradita contractu venditionis celebrato, ius Laudemiorum: tum etiam ius retractus esse conquistum, cum etiam ante traditionem res dicatur vendita *d*. Hinc resultat elegans

D 5 Impe-

l. in euentis.
C. de cont. emp.

l. quod sepe. §. 1.
ff. eodem.

h
l. §. C. eodem.

§. precium. inst.
de emp.

i
§. emptio. inst.
de emp.

k
d. l. in euentis.

l
§. venditæ. inst.
de ver. diuis.

a
§. venditæ. inst.
de ver. diuis. l.

b
quod vendidi. ff.
de cont. emp. l.

c
quintus ff. de
acti. emp. l. si a-

d
ger. ff. de rei
ven.

b
l. traditionibus.
C. de pact.

c
Ioh. Fab. in §. 1.
Inst. de emp.

d
l. alienatum.
ff. de verb. &

rer. sig.

^e
*l.quoties. C. de
rer. vend.*

^f
*c. 2. ex. de con-
suet.*

^g
*l. quodam. ff. de
rei vend.*

^h
*l. quisquis C. de
donat.*

ⁱ
*l. quod meo. ff.
de acq. poss.*

^k
*l. clauibus. ff.
de cont. emp.*

^l
l. 1. C. de donat.

^m
*l. quod neq. ff.
de per. & com.
rei ven.*

ⁿ
*Decius in re-
gula contractus.
Chassaneus in
rit. des. siez, in
verbo reelle.*

^o
*Bar. Aug. Raph.
Baldus, Iason
in l. ab emptio.
ff. de pact.*

Imperatoris, & vsu forensi frequē
decisio ^e: quæ suadet re duob. ven-
dita eum præferri, cui prius res tra-
dita fuit, licet contractus habita-
tione ille sit posterior. Quod verū
est non tantum si verè res tradita,
sed quasi tradita fuerit: vt quia ali-
quid loco verè traditionis interue-
nerit ^f: vt si retentio vsusfructus ^g,
conductio ^h, constitutum ⁱ, præca-
rium, vel clauium ^k, seu etiā instru-
mentorum traditio ^l, præcesserit,
vel si trabes veditas emptor signa-
uerit ^m: hæc enim vim roburq; ve-
ræ traditionis habent. Quod si ta-
men statutum realem (vt Practici
loquuntur) possessionem deside-
raret, in illa specie possessio illa in-
terpretatiua seu ficta, quæ per con-
stitutum vel precarium fit, non suf-
ficeret ⁿ. Crebrius tamen interpre-
tes censent, etiam vbi de vera seu
propria possessione agitur, illam
sufficere ^o quæ per constitutum vel
aliam possessionem fictam fit. Sed
cum

cum statuta propriè accipi debe-
ant realis possessionis nomine (vt
illi loquuntur) fictam possessio-
nem seu interpretatiuam nō com-
prehendi censerem. Porrò singu-
laris illa constitutio, de qua supra
egimus, locum non habet in sa-
cerdotijs ^a, in hypotheca ^b, in ma-
trimonio ^c, & in emptore qui eo
priuilegio niteretur, vt ante tradi-
tionem dominus censeretur: qua-
le priuilegium Ecclesiæ ^d & paupe-
ribus ^e est concessum, & in re
quæ à Principe ex mera liberalita-
te duobus esset concessa ^f: vt si
duo à Principe idem officium ob-
tinuerint, is præferendus est qui
prius officium à Principe fuit con-
sequutus, licet alter prius illius of-
ficij possessionem adeptus fuerit.
Nam & in sacerdotijs (à quibus
plerunque ad officia argumenta
sumuntur ^g) non tam quis prius
possessionem habuerit, quam
cui prius sacerdotium fuerit
colla-

^a
*C. capitulum
sanctæ crucis. ex.
de resc. C. duo-
bus. c. tibi qui de
res. in 6.*

^b
*l. si prior §. ff.
qui pot. in pig.
hab.*

^c
*C. si. ex. de spons.
duorum.*

^d
*l. vt interdini-
num. C. de sac.
Eccl.*

^e
*Baldus in
auth. quas actio-
nes. C. de sacro.
Eccl. Iason in
d. l. quoties.*

^f
*Baldus in ca.
1. de pact. const.
in vi. feud.*

^g
*c. si gratiosè.
de rescriptis in
sexto.*

b
d. C. capitulum
ex. de rescr.

i
Baldus in l. r.
C. de reuoc. his.
qua in fr. credit.

k
ad. in d. l. quo-
ties.

l
l. qui duobus.
ff. de fal.

collatum, attendi & considerari debet *b*. Et in ea specie, in qua secundus emptor sciens alterum emisse rem eandem in fraudem primi emptoris comparasset, locum non sibi vendicat *i*. In quibus exemplis non tam possessio quam ius quo quis prius nititur, attenditur. Quod si prior contractu oneroso nitatur, alter lucratiuo, in ea specie illa constitutio locum non habet, licet non prius ei res tradita sit *k*. Atque ita illis in casibus illa Imperatoris singularis constitutio nulla ex parte locum sibi vendicat. At qui duobus rem vendidit, impunè hac lenitate non utetur: nam falsi reus censetur *l*: maximè si à duobus emptoribus precium acceperit: non tanta tamen, sed alioqui mitiori poena plectitur qui ob rem duobus venditam falsi crimen commisit, quali poena feriretur, si falsum instrumentum confecisset: qualitates enim & circumstantiæ vel poenam delictorum minuunt, vel exaggerant

rant & exacerbant *m*. Quod si rem alteri obligatam quis alteri denuò obliget, vel sciens rem alienam pigoris nomine obstringat, non quidem crimen falsi, sed stellionatus crimen perpetrat *a* nisi qui rem duobus obligauit, vtrique debito satisfecerit: vel nisi res obligata ita ampla esset, tantique valoris, ut ex ea vtrique debito satis fieri posset *b*. In quibus duobus exemplis etiam stellionatus crimen cessat.

CERTA AVTEM negotia (ut ad breuem supra dictæ Constitutionis explicationem redeam) in quibus dominium in aliquem transfertur absque traditione, & in quibus non tam arctè traditio requiritur. Exemplum erit in hærede in quem dominium rerum hæreditariarum transit *c*, etiam absque traditione, imò & generali consuetudine regni Franciæ, quæ dicitur mortuum saisire viuum (ut significatissimis verbis utar.) Possessio etiam absque traditione bonorum defuncti

m
l. aut facta. ff.
de pe. latè D.
Tiraq. in tract.
de pœnis tēper.
aut remitt. Bal.
in l. & si seue-
rior. C. ex quib.
caus. ius. irroga.

a
2. C. de cri.
stellio.

b
l. si. C. eodem.
l. si quis h. si. ff.
de pig. act.

c
l. cum hæredes
ff. de acq. poss.

functi in hæredem, quemadmo-
 dum & dominium, iure ciuili mi-
 grat. Quare ex eo detegitur opi-
 nionem Bartoli *d* & eorum qui il-
 lius sententiam arctè & accuratè
 tuentur, non satis tutam esse, cum
 arbitratur statuto fieri non posse
 possessionem in aliquem transire
 absque hominis facto: quæ posses-
 sio, quam quis iuris tantum vel
 statuti auctoritate consequitur, ci-
 uilissima appellatur. Cuius exem-
 pla apud Iurisconsultos reperiun-
 tur *e*. Atque etiam bonorum pos-
 sessori *f*, fideicommissario *g*, hære-
 di, legatario *h*, donatario causa
 mortis *i*, item & socio *k* rei domi-
 nium acquiritur, etiam ante tradi-
 tionem, tum etiam venditori, ad
 quem propter pactum legis com-
 missoriae res vendita redit *l*, domi-
 nium ante traditionem rei vendi-
 tæ acquiritur. Porrò hæc traditio
 quæ in contractu emptionis requi-
 ritur, non meri facti est, sed causam
 bonorum cõtinet *n*: vt si venditor
 dominus

d
 in l. si quis pro
 emptore. ff. de
 usucap.

e
 l. raptores. C. de
 epis. & cler.

f
 l. si. C. qui ad-
 mitti.

g
 l. facta: ff. ad
 Trebell.

h
 l. si iusfamilias.
 in fine. ff. de
 testa.

i
 l. illud. ff. de do-
 nat. causa mor.

k
 l. i. & 2. ff. pro
 soc.

l
 l. si quis hac. ff.
 de contr. emp.
 glossa in l. si age.
 ff. de rer. vend.

n
 l. in conuentio-
 nalibus. ff. de
 verb. obl.

dominus sit, dominium in accipi-
 entem transfert *b*: si verò dominus
 non sit, vsucapiendi cõditionem *c*.
 Præcisè autem venditor rem trade-
 re cogitur, si rei tradendæ faculta-
 tem habeat *d*: aliàs ad id quod in-
 terest tantum tenetur *e*. Glossa ta-
 mē, quam sequuntur antiqui glos-
 satores Bu. Io. Azo, & Hug. tenet *f*
 venditorem semper liberari præ-
 stando id quod interest, etiam si rei
 tradendæ facultatem habeat. Cõ-
 traria opinio tutior est & verior,
 quã cõmunis schola sequitur. At id
 quod interest, quod præstare tene-
 tur venditor, si rei restituendæ facul-
 tatem non habeat, duplum non e-
 greditur, vt Imperator eleganti cõ-
 stitutione ostendit *g*: Illud autē du-
 plum non (vt cõmuniter doctores
 voluerūt) referri arbitror ad com-
 munem æstimationē, sed ad preciū
 conuētum. Atq; ita puto actionē
 quæ aduersus venditorem datur,
 ad id quod interest, duplum precij
 accepti à venditore non egredi.
 Acce-

*l. ex empt. ff. de
 act. empt.*

c
*l. clauibus ff. de
 cont. empt.*

d
*l. i. ff. de act.
 empt.*

e
*l. si traditio. ff.
 de act. empt. d. l.
 i. ff. eodem.*

f
*in d. l. i. in ver.
 agitur.*

g
*l. unica. C. de
 sent. & iur. om.
 iud.*

^h
l. nihil. §. per. singulos. ff. de naut. fen. l. si nō sortem. §. si super duplum. ff. de cond. indeb.

ⁱ
l. emptor. l. 2. l. quod si nolit. §. quod si assidua ff. de adil. ed.

^k
in l. unica. C. de senten. qua pro eo quod interest,

^a
Barbatus in Rubr. C. qui admitti.

^b
in Topicis.

Accedit quòd cùm Iurisconsultus ait vsuras duplum non egredi, id referatur ad duplum creditæ pecuniæ ^h: & illud duplum quod in rebus preciosis nomine euictionis præstatur, intelligitur de duplo precij, quo res vendita est ⁱ. Atque ita eadem ratione (saluo vniuscuiusque iudicio hoc dixerim) illud simplex, ultra cuius duplum non taxatur id quod interest, non est cõmunis æstimatio, sed est precium quo res vendita fuit. Obiter dixerim Alciati ^k viri doctissimi mihi sententiam placere, qui interesse non satis latinè putat vsurpari loci nominis, & latinè dici id quod interest, quæ puritas sermonis negligi non debet ^a, & vti debemus verbis Iurisconsultorum qui aptè sunt locuti, qui eo genere loquendi non sunt vsi, vt interesse pro nomine sumant. Non tamen nimium anxie (vt Cicero ait ^b) est laborandum de nomine, dummodo intelligatur quid significetur.

CARTE.

CÆTERVM (vt eò redeat sermo vnde est egressus) venditor instrumenta quibus eum fuisse dominum rei venditæ apparet, exhibere emptori cogitur, quando sua interest ^e: aliàs verò illa instrumenta, saltem originalia, (vt appellant) penes venditorem remanere debent ^d, quibus se defendere possit, si de euictione vrgeatur. Quam sententiam vidi Aresto comprobata, & quæ Iurisconsultorum autoritate confirmatur.

EX NATVRA externa contractus emptionis est euictio ^e: quia tacitè inest, etiamsi non exprimitur. Potest tamen pacto fieri venditorem de euictione non teneri ^f. In qua specie emptor nihilominus ad restitutionem precij aget ^g, nisi id actum sit, quòd ob certam causam re euicta venditor minimè teneatur: in qua specie ob eam causam euictione sequuta precium restituere venditor non cogitur ^h. Atque etiam qui sciens rem alienam, vel

^e
l. Titius l. creditor. ff. de act. emp.

^d
d. l. Titius. l. instrumenta. C. de fideic.

^e
l. non dubitatur. C. de euict.

^f
l. emptorem. §. denique. ff. de act. emp. l. pacto conuenta. ff. de cont. emp.

^g
d. l. emptorem. §. qui autem.

^h
l. qui libertatem ff. de euict.

E contra

ⁱ
l. si fundum C.
de euict. c. 1. de
inuest. de re ali-
ena fact.

^a
l. unica §. em-
ptorem C. com-
munis de legat.

^b
l. 2. C. de euict.

^c
l. ad res dona-
tas. ff. de adil. e-
dict.

^d
Azo. in d. l. 2.
notatur in l. A-
risto. ff. de do-

^{nat.}
Neozanes 2
Var. Cap. de empt.
et ven. c. n. 3)

^e
dd. in d. l. Ari-
sto. §. si.

contra interdicta legum emit, vē-
ditorem euictionis nomine obstric-
tum nō habet ⁱ, qui neque ad resti-
tutionem precij tenetur, nisi quis
sciens rem quæ venditoris erat, quæ
tamē restitutioni erat obnoxia, cō-
parasset. Tunc enim venditor pre-
cium restituere compellendus est.
In donatione receptum est, euicti-
oni locum non esse ^b, nisi id donās
prōmiserit. Non par siquidem est
ratio donationis, & contractus o-
nerosi: vnde donās actione redhi-
bitoria vrgeri nō potest. Hoc tamē
cum distinctione intelligi solet, e-
um qui donauit, de euictione non
teneri, vt ratio haberi debeat, an
donatio à traditione, an verò à pa-
trione initium sumpserit ^d. In pri-
ma specie donans nullo modo do-
natario ob euictionem tenetur, ni-
si donatio esset remuneratoria: in
qua donans de euictione tenetur.
Aliud in secundo mēbro distincti-
onis censendum est. In creditore
quoque vendente iure creditoris

rem

rem sibi pignoratam, notum est
euictionem cessare, se tamen cre-
ditorem fuisse præstare debet. At-
que etiam vendita hæreditate ob
euictionem rerum particularium
venditor minimè tenetur ^g: Secus
si tota hæreditas euicta esset, quòd
eius non esset qui illam vendide-
rat. Atque etiam simpliciter ven-
ditioni consentiens de euictione
non tenetur ^h, cum diuersa sint
consentire venditioni rei suæ, &
eam vendere ⁱ. Quæri etiam solet
quid censendum, si venditor ex
suo facto tantum teneri velit, ad
idque se tantum adstrinxerit. Re-
sponsum in promptu est, hæc ver-
ba accipi debere vt ad factum pro-
prium, vel hæredum suorum, vel
eorum quibus is successit, referan-
tur: & extranei tantum factum
excludent ^k. Emptorem autem
in culpa esse non oportet: vendi-
torem enim post litem aduersus
eum motam super re vendita ad-
monere debet controuersiam

E 2 aduersus

^f
l. 1. cred. ob. e-
uict. pig. nō ten.

^g
l. 1. C. de euict.

^h
Baldus in l.
quidam. ff. de e-
uict. facit. l. ex-
ceptione. C. de
euict. glo. in l.
cum pater. §. li-
bertis. ff. de leg.
2.

ⁱ
l. aliud. ff. de
reg. iur. l. si pa-
ter. ff. de man-
vind.

^k
Ray. Fafan, A-
lexander. in l.
stipulatio ista.
ff. de verb. obl.

^l
l. emptor. C. de
euict. C. si. ex de
emp.

aduersus eum fuisse institutam, & quòd eum defensusus accedat. Quòd verum est ex communi doctorum sententia, etiamsi venditor sciat litem motā fuisse: ^a Quia exrecepta iuris doctrina, quando denunciatio ad aliud tendit quàm ad hoc, vt quis certior reddatur, nihilominus denunciatio necessaria est ^b: licet regulari communique iure certus certiorari non debeat. Quòd si tamen emptor per iniuriam aut imperitiam iudicis succubisset, & appellationis tutissimū remedium, quod introductum est vt iniuria & iniquitas iudicantis corrigatur ^d, prætermisisset, venditor de euictione non tenetur. Cæterum vënditor qui de euictione tenetur, impensas restituere emptori debet, quas circa litem motam ipse emptor impendit ^f. Quòd verum esse censent Bartolus, Iason, Panormitanus, & communiter doctores ^g, etiamsi emptor victor euaserit. Accursius, Baldus,

Cin-

Cinnanus, & Castrensis refragantur ^h. Communis sententia mihi magis placet: ita tamen si emptor impensas ab illo qui victus est non recuperauerit: quia cū quis aliquid facere tenetur, id suo sumptu exequi debet ^k. Cū itaque venditor emptorem super re vendita lacestum defendere cogatur, consequens est id perpetuò suo sumptu, suaque impensa fieri debere. Pleraque de euictione cumulatiùs congererem, sed breuitatis causa ea prætereo: quæ mihi præcipua videbantur in hanc sententiam dixisse sufficiat. Ex his itaque constat quis sit hic empti & venditi contractus, qualis sit, vnde originem traxerit, quæ ex illius sint substantia & natura: & illius vis & materia exsupradictis satis plana est.

SUPEREST vt propiùs ad ea quæ ad constitutionis huius percelebris rem maioris pretij explicacionem pertinent, accedam. Quamobrem id rursus præfundum vide-

E 3 tur,

^a
Bar. in d. l.
emptor.

^b
Bar. in l. qui
uxori. §. quid
ergo. ff. de adul.
Decius in c. cum
qui certus de.
reg. iur. in 6.

^c
c. cum qui de
reg. iur. in 6.

^d
l. 1. ff. de ap-
pell.

^e
l. si. per impru-
dentiam. C. de
euict.

^f
l. venditores. ff.
de verb. oblig.

^g
in d. l. vendito-
res.

^h
in d. l.
ⁱ
l. si plus. §. mota.
ff. de euict. l.
cū querebatur.
in fine. ff. iud.
sol.

^k
l. suo victu. ff.
de re iudica.

tur, cum de rescissione contractus ob enormem læsionem in hac constitutione præcipuè agatur, contractus ita firmos esse & stables, ut non nisi utroque contractante consentiente ab illis recedere liceat ^a, si conventio legitima sit: illegitima siquidem conventio quæ præscripto vel menti legis aduersatur, nullo robore nititur ^b. Cuius illegitimæ conventionis plura exempla possunt proponi, ex quibus elucescet, quibus in casibus contractus rescindantur & infirmantur. Primum exemplum erit, ut ratione personæ aliquando dicatur illegitima conventio: ut si quis cum furioso ^c, vel pupillo ^d, imò etiam cum adulto curatorem habente, absque curatore contrahat ^e: vel cum ebrio, cum non longe distet à furioso: unde is delictum committens clementius plectitur ^f: idem si cum prodigo ^g. Quod ita intelligendum esse arbitror cum communi doctorum sententia,

^a
l. in commodato
§. sicut. ff. com-
mo.

^b
l. iurisgentium.
§. Prator ait. §.
si paciscar. ff. de
pact. l. cum lex.
ff. de fideius.

^c
l. in negotijs. ff.
de reg. iur.

^d
l. pupillus. ff.
de actio.

^e
l. si curatorem.
C. de in integ.
rest.

^f
l. omne delictum
§. vini. ff. de re
milit. l. respiciē-
dū. §. delinquat.
ff. de pœnis.

^g
l. is cui bonis. ff.
de ver. ob.

si modò prodigo fuerit bonis interdicitum ^h. Quæ iudicis sententia interdictionem continens prius necessaria est, quamvis quis notoriè prodigus existat. Non desunt tamen qui putant ⁱ notoriè prodigum etiam ante sententiam qua sit ei bonis interdicitum, bonorum suorum administrationem non habere. Contraria sententia mihi verior videtur, cum Iurisconsultus semper sententiam iudicis requirat, qua sit furioso bonis interdicitum ^k. Quod si tamen prodigus ad sanos mores redierit, & frugalis notoriè euaserit, etiam absque sententia iudicis interdicto cessat: quæ communis est doctorum opinio ^a: tutius tamen esse arbitror si sententia iudicis sequatur, qua illa interdictione tollatur: quæ enim in actu conficiendo requiruntur, eadem & in destruendo requisita esse censentur ^b. Hanc autem interdictionem usu forensi ad alienationem mobilium non extendi

^h
d. l. is cui bonis.
l. Iulianus. ff.
de Cura. fur.

ⁱ
refert Iason in
d. l. is cui.

^k
d. l. Iulianus &
ferè toto tit. ff.
de cura. fur.
& pro.

^a
Bar. Baldus,
Paulus, Alex.
in d. l. is cui. at-
que etiam Bal-
dus notat in l.
1. per illū textū.
ff. de cura. fur.
& prod.

^b
l. tria pradia. ff.
de seruit. rust.
prad. l. prout. ff.
de solu.

^c
l. lex. qua C. de administ. tut. C. tua et illic. gl. ext. de his qua sunt à prat.

^d
l. & mulieri. & illic. glo. & dd. ff. de cura. fur. & prod. Felinus in c. pastoralis. ex de. iud.

^e
d. l. is cui. l. quòd pupillus. ff. de cond. ind. l. pupillus. ff. de reg. iur.

^f
l. r. & illic Bar. notat. ff. de nouat. notant. Bar. Iason in auth. sacramēta: C. si aduer. vend.

^g
in l. Marcellus. ff. de fideiuss.

quidam putant, quòd temperamentum recipit, nisi res mobiles preciosæ essent, & summi valoris. Lex enim peræquat res immobiles & res mobiles preciosas ^c. Mulieri luxuriosæ etiam solet bonis interdici ^d: dici enim solet, luxuriæ, præfertim muliebris, prodigalitatem esse perpetuam comitem. Quòd autem diximus pupillum, prodigum, vel furiosum non obligari, hoc verum est, vt ne quidem naturaliter obligentur ^e. Quod intellige de pupillo qui infantia sit proximus: pupillus enim qui pubertati proximus est, potest naturaliter obligari ^f. Neque obstat Vlpiani difficile responsum ^g, quo ait fideiussorem pro furioso vel prodigo obligari posse: sicque consequens esse videbatur furiosum & prodigum, saltem naturaliter, obligatos esse: glossa enim illic respondet fideiussorem obligari pro furioso in ea specie in qua furiosus potest obligari: puta ex negotio gesto ante

furorem,

furorem, vel etiam quando obligatio ex re ipsa descendit ^b. Hanc solutionem sequuntur doctores. Reprobatur quoque conuentio, vt in coniuge donante coniugi constante matrimonio ⁱ. Aliud exemplum est, vt si mulier alterius nomine fideiubeat ^k, vel aduocatus cum clientulo lite pendente contrahat ^a, vel etiam medicus cum ægroto, quamdiu is ægrotus aduersa valetudine detinetur ^b. Ac neque etiam iure ciuili ei qui in dignitate aliqua erat collocatus & cõstitutus cum priuatis contrahere licebat ^c: officia enim annalia erant: hodie tamen cum officia perpetua sint, cum illis contrahere non prohibetur, si modò iustè contrahant ^d. Atque etiam iure ciuili, qui crimen læsæ maiestatis commiserat, à tempore accusationis institutæ bona sua vendere non poterat, cum ipso iure post delictum commissum fisco essent addicta ^e. Quamuis enim iure ciuile, accusa-

E 5

^h
l. si à furioso. ff. de actio. l. si à furioso. ff. si cer. peta.

ⁱ
l. 1. 2. 3. & toto tit. ff. de do. inter vir. & vx. & C. eodem.

^k
toto tit. ff. ad Velleia.

^a
l. quisquis. §. præterea. C. de post.

^b
l. Medicus. ff. de var. & ext. cog.

^c
l. qui officij. l. non licet. ff. de cont. emp. l. præsidis l. principalibus. ff. si cer. pet.

^d
arg. l. adigere. §. quamuis ff. de iur. patro. l. quod dictū. ff. de partis. l. 4. §. tot. ff. de dam. inf.

^e
l. quisquis. §. emancipationes & l. si. C. ad l. lul. mag.

to

f
l. post contractū.
ff. de donat. l.
aufertur. §. in
reatu. ff. de iure
ff.

g
l. ex publicorum
ff. de pub. iud.

h
c. cum secun-
dum. de heret.
in 6 aut h. gaz a-
res et l. Mani-
chaos. C. de ha-
ret.

i
act. oet. cap.
toto tit. ex. de si-
mo. §. 1. q. 1.

k
c. si. 1. q. 3.

l
l. 1. q. 1. c. referi-
ūtur. c. tum de-
testabilis. in ex-
tr. de simo. c. 2.
c. de hoc. c. in si-
maturum. ext. de
simo.

to suorum bonorum administra-
tio aute sententiam non esset in-
terdicta^f, tamen propter gravita-
tem criminis læsæ maiestatis, eti-
am ante sententiam læsæ maiesta-
tis reus bona sua distrahere non
poterat^g. Multò maiori ratione
tiam hæretico, post accusationem
aduersus eum hæresis criminis in-
stitutam, bona sua distrahere non
licet^h. Nam propter tanti criminis
gravitatem (cuius contagio vti-
nam nunquam cerperet: vtinam,
inquam, qui illo crimine inuol-
uuntur, in viam salutis redirēt) fit,
vt à communibus iuris regulis re-
cedatur. Aliquando ratione rei
contractus rescinditur: vt si res sit
spiritualis: spitualia enim emere
& vendere lex diuina & pontificia
prohibetⁱ, siquidem emere vel ven-
dere spitualia atrox crimen est.
Ideoque lex pontificia aduersus sy-
moniacos poenam infamiæ^k, ex-
communicationis^l, & depositio-
nis, seu priuationis sacerdotiorum
statuit

statuit & præscribit: & symoniam
aliquando hæresim^m, nonnun-
quam rabiemⁿ, aliquādo pestem^b
sui magnitudine alios morbos vin-
centem, appellat: quæ non modò
titulum, sed & possessionem infi-
cit: ita vt nec ingresso parsimoni-
am triennalis pacifica possessio
prosit, cum dicatur intrusus & sy-
moniacus^c: labem illam effugit is
& abhorret qui piè, & vt Christia-
num decet, viuit. Res quoque sa-
cra^d, res publica^e, res litigiosa^f, at-
que etiam res dotalis^g, legis præ-
scriptio alienari prohibetur. Reii-
citur quoque conuentio quæ con-
tra bonos mores est^h: vnde pa-
ctum de futura successione repro-
baturⁱ. Atque etiam illa cōuentio
per quas libertas matrimonij con-
stringitur^k: nam improbū illius est
desideriū, qui viuentis hæreditatē
captat^l, & inhonestū visum est vin-
culo poenæ matrimonia obstringi,
siue

^m
c. quoties. ex. eo-
dem.

ⁿ
c. si Dominus
ext. eodem.

^b
C. sicut. ex. de
simo.

^c
Gomesius super
Reg. Cancell. 33.

^d
l. inter stipulan-
tem. §. sacram.
ff. de verb. obl.

^e
l. bona. l. inter.
ff. de verb. ob-
rer. sig.

^f
l. 1. C. de litig.

^g
l. 1. ff. de fund.
dotal.

^h
l. stipula. hoc.
modo. ff. de verb
oblig. l. pacta
que cōtra. C. de
pact.

ⁱ
l. pactum quod
dotali. C. de pac.

^k
l. si. ff. de suis & legi. k l. Titia. ff. de ver. ob. cum
de cond. & demon. c. gemma c. requisit. c. cum locum. ex. de sponsa.
l. 2. §. 1. ff. de vulg.

m
d. l. Titia. ff.
de verb. oblig.

n
c. quamvis de
pact. in 6.

o
l. inter c. Fa.
herc. l. ut liberis
C. de cola.

p
l. per notata. in
l. de quibus. ff.
de leg.

q
l. generaliter. l.
si plagij. ff. de
ver. ob. toto tit.
ff. de cōd. ob. tur.
cau.

r
l. iuriscētium. §.
si paciscar. l. ius
publicū. ff. de pa.

a
l. conuenire. ff.
de pact. dota. l.
si vnus. §. illud.
ff. de pact.

siue futura, siue iam contracta *m*.
Quòd si tamen filia dote conten-
ta paternæ successioni renuncia-
uerit iuramento, renunciatione
confirmata lege pontificia huius-
modi pactum, quo futuræ successi-
oni renunciatum fuit, subsistit *n*.
At hodie dispensatione obtenta,
nihilominus filia portionem su-
am hæreditariam consequetur
(quod Aresto confirmatum fuisse
intellexi) maximè si non condem-
nanda læsis versetur, vt æqualitas
inter hæredes seruetur *o*: si tamen
statutum municipale eam propter
talem renūciationem à successio-
ne reiiceret, aliud esset censen-
dum *p*. Turpis etiam conuentio re-
probatur, vt si id quod promittitur
turpe sit, vel causa cuius ratione
promissio facta est, turpitudinem
contineat *q*. Nulla præterea firmi-
tate nititur ea conuentio, quæ
utilitati publicæ aduersatur *r*, vel
quæ occasionem delinquendi præ-
stat *a*. Simulatio quoque contra-

Etum

ctum destruit *b*: contractus enim
simulatus propriè contractus non
est: quæ simulatio aliquando ex
breuitate temporis, aliquando ex
coniunctione personarum, & vari-
is aliis coniecturis detegitur *c*. Si-
mulatus autem si sit contractus,
omnes clausulæ in eo appositæ si-
mulatæ præsumuntur *d*. Propter
formam seu solennitatem omif-
sam *e*, vel si conditio, seu modus
non impleatur, vel aliquando pro-
pter rei vitium *f*, vt in actione AE-
dilitia, contractus rescinditur. Pro-
pter metum dubium non est, quin
conuentio non subsistat *g*. Metum
autem talem esse oportet, qui in
hominem constantem cadat *h*. In
colligendo verò metu prudentia
& discretio iudicis plurimum po-
terit: minor enim metus in mulie-
re² requiritur quàm in viro: ad hoc
vt metu impulsâ aliquid fecisse di-
catur, cum plerunque viro sit ti-
midior. Quid si enim aliquis pau-

b
tot. tit. C. plus
val. quod ag.
dd. in l. ab A-
nastasio. in l. p.
diuersas. C. mād
latè Cepola in
suo tra. de simu.

c
doct. in d. l. per
diuer. & l. ab
Anastasio. &
in c. ille vos. ex.
de pig. & in c.
ad nostram ex.
de emp.

d
Bart. in l. nemo
ff. de leg. i. & in
l. emptor. ff. de
aq. pl. arc. Lado.
Roma. Consil.
200. 46.

e
l. magis puto. §.
non passim. ff.
de reb. eorum. l.
i. & illic glo. C.
de fid. inst. &
iur. hast. f. sca.

f
tot. tit. ff. & C.
de adil. edict.

g
tot. tit. ff. quod
met. cau.

h l. met. ff. eod. l. vni. ff. de reg. iur. i gl. in c. cū locū. ex. de spon.

k
 Bar. in l. de pu-
 pillo. §. si quis
 ipsi. ff. de noui
 op. nunci. Iason
 in §. quadrupli.
 inst. de act.

l
 l. ad inuidiam.
 C. quod met. ca.
 l. i. §. qua onerā-
 de. & illic. Bar.
 ff. rerum amot.
 c. unico. §. porro
 do spons. in 6.

m
 toto tit. ff. & C.
 quod met. cau.

a
 l. & eleganter
 ff. de dolo. l. 3. §.
 si. ff. pro soc.

b
 c. gemma. c. cum
 locum. c. requi-
 sit. ext. de spons.

c
 genes. 2. cap.
 Matt. 16. c. ad
 Eph. 5. prima ad
 Corint. 6. cap.

per modico precio rem vendiderit homini ditissimo & potentissimo, qui nihil non contra ius attentare audeat, & in vnumquēque scire consueuerit? Hæc metum aliis acciditibus coniecturis præ se ferunt *k*. Quantum ad metum reuerentialem attinet, dici solet illum non sufficere vt negotium infringatur, nisi minæ aut terrores concurrant *l*. Porro propter metum contractus omnino nullus nõ est, sed exceptione quòd metus causa infirmatur, vel illa actione rescinditur *m*: hincque patet dolum magis officere conuentioni quàm metum: quia dolus contractum nullum *a* reddit (vt infrà latius dicam). Metus verò id efficit quod contractus rescindendus veniat in matrimonio tamen magis obest metus quàm dolus *b*: hac putatione quod metus magis mutuo amorì aduersetur, (qui amor maximus & constans inter coniuges esse debet *c*) vel quia matrimonia

libera

libera esse debent. Propter fidem non seruata contractus rescinditur: quod patet in contractu innominato, qui & ob pœnitentiam & ob causam non sequutam rescinditur *f*. In transactione tamen licet sit innominatus contractus, id locum non habet: illa enim firmaremanet *g*, vt finis litibus imponatur. Aliquando propter ingratitude reuocatur conuentionio *h*: vt in donatione, si donans illam ob ingrati animi vitium reuocauerit: aliàs enim eius hæredi id non liceret *i*: tamen crebrius dici solet donationem remuneratori- am ac donationem ob causam ob ingratitude non reuocari *k*. Nonnunquam verò & propter superuenientiam liberorum contractus rescinditur *l*: vt si quis facultates suas alicui donet, superuenientibus liberis donator repetit: verisimile enim non est eum qui donauit velle extraneos propriis suis filiis præferre: qui si cogitasset

d
 l. Titia. ff. de
 verb. ob. d. c.
 gemma. ex. de
 sponsa.

e
 l. si pecuniam. ff.
 de cond. cau. da.
 l. naturalis. §. 1.
 ff. de pras. verb.
 f

g
 l. quamuis. l.
 fratris l. causas.
 C. de transact.

h
 l. si. C. de reuo.
 dona.

i
 l. his solis. C. de
 reuo. dona.

k
 glo. in d. l. si. C.
 de reuo. dona. Et
 illic Bar. Salic.
 per textum in l.
 si pater §. 1. ff. de
 donat. facit tex-
 tus in l. cū post.
 §. patrona. & il-
 lic Bar. & Bal.
 ff. de iur. dot.

l
 l. si unquam. C.
 de reuo. don. 2.

se liberos habiturum, ex verisimili coniectura ea donatione non fuisset usus *m*. Illa eadem ratione fideicommissum *n*, codicilli *o*, substitutio quoque exemplaris *p* & pupillaris *q* reuocantur: imò verò & donatio quæ causa matrimonij extraneo cuidam facta est, (etsi Sozinus reclamet *r*) ob superuenientiam liberorum reuocatur. Quam sententiam accepi Aresto supremæ Curia Parisiensis fuisse comprobata. Neque huic sententiæ refragatur quod dici solet, Donationem ob causam non reuocari, ob superuenientiam liberorum, & eam constitutionem locum tantum sibi vindicare in ea dominatione, quæ in mera liberalitate iacet: at donationem factam causa matrimonij esse donationem ob causam. Nam id ita intelligi debet, quando donatio ob causam remuneratoria est: secus in ea ex qua donans nullum emolumentum fuit consequutus. Donatio autem

filio

m
l. tale. §. si. et illic
gl. ff. de pact. l.
cum auus. ff. de
cond. & demon.
l. cū acutissimi.
C. de fideicom.

n
d. l. cū auus. d.
l. cū acutissi-
mi. l. generaliter
§. cum ita C. de
iust.

o
l. r. C. de codicil.

p
l. ex facto. ff. de
vulg.

q
Bar. in l. pupil-
lari. ff. eod.

r
consil. l. 3.

filio facta reuocatur habita ratione legitimæ *a*. Idem censet Bartolus in donatione facta ob piam causam: vt ob superuenientiam liberorum, omni ex parte reuocanda non sit *b*, sed duntaxat habita ratione legitimæ, quam filij integram consequuntur *c*, non plura in hanc sententiam referam. Verum & per pactum, quod resolutiuum appellari solet, conuentio rescinditur: cuius exempla plura proponuntur. Primum erit in pacto legis commissoriæ *d*, quo id inter contrahentes agitur, quòd pretio intra certum tempus non soluto, res sit inempta. In qua specie laudemia non debentur resolutio contractu, cum ob resolutionem nunquam videatur res ad emptorem peruenisse *e*. Aliquando verò illud legis commissoriæ pactum non verbis directis fit, & resolutionem ipso facto designantibus, sed verbis obliquis: vt per hæc verba res ad me reuertatur, vel mihi restituatur *f*. In

a
l. si totas. C. de
inoff. donat.

b
In l. Titia. §.
Imperator. ff. de
lega. 2.

c
l. quoniam no-
uella. l. quoniam
in prioribus. C.
de inoff. testa.

d
toto tit. ff. de
leg. commissio.

e
notant ad. in l.
ab emptione. ff.
de pact.

f
l. qui ea lege. C.
de pact. inter
emp.

qua specie vt resolutio fiat, hominis factum necessarium est. Illud autem legis commissoriae pactum in pignoribus reprobatur, si in continenti apponatur ^a. Qui enim desiderio nanciscendae & exigendae pecuniae flagrant, quantumuis dura se conuentione constringerent, vt creditorem inuenirent: atque ita magis necessitate quadam, quam ex propria voluntate ad illud ineundum adducti fuisse videntur. Quae ratio cessat vbi pactum illud ex interuallo esset appositum ^b. Atque etiam ea ratio cessat quando id actum est, quod pretio à debitore non soluto, ipse creditor rem iusto pretio emptam habeat ^c: quia propter haec verba (iusto pretio) omnis fraus, seu calumnia abesse videtur. Aliud item pacti resolutiui exemplum Imperator proponit ^d: vt si inter emptorem & venditorem id conuenerit, quod quotiescunque venditor vel alius haeres pretium obtulerit, rem

^a
leg. i. C. de pact.
pig. c. significan-
tibus. xx. de pig.

^b
l. Titius. ff. de
pig. act.

^c
l. si fundus. ff.
de pigno.

^d
l. 2. C. de pact.
inter emp.

recupe-

recuperet. In qua specie quamuis plerique contrarium affirmant, putarem tamen eorum sententiam veram esse, qui ius offerendi triginta annorum praescriptione tolli censent ^e: frequentissimae hodie sunt huiusmodi conuentiones: saepius tamen certum tempus praefigitur, intra quod ipsi venditori redimere rem liceat. In qua conuentionis specie pendente facultate redimendae rei, ius laudemiorum natum non est: imò verò etsi tempus praefixum, mutua conuentione prorogatum extiterit, pendente prorogatione laudemia domino feudi non debebuntur, cum tempus prorogatum idem censeatur cū primo, & omnes praecedentes qualitates assumat ^f. Quòd si autem iam elapso tēpore prorogatio facta esset, ius laudemiorum iam ex lapsu tēporis domino feudi acquisitū, huiusmodi intempestiua prorogatione tolli & adimi non posset. Alterum succedit exemplum

^e
glo. in c. i. in
verbo quando-
cunque. de feud.
dat. in vic. l. cō-
miss. glo. in l. i.
super ver. pra-
scriptionem. de
bo. mat.

^f
l. sed si manen-
te. & illic Bart.
ff. de prec.

^a
arg. l. cum stipu-
latus. ff. de verb.
oblig. l. 2. §. sed
si iudex. ff. de
iud. l. AEmilius.
& illic. gl. ff. de
minor. l. Labeo.
ff. de arb.

F 2 pacti

pacti resolutiui, vt in pacto adic-
 ctionis in diem: quo id agitur,
 quòd alio meliorem intra certum
 tempus conditionem offerente,
 res sit inempta ^b. Alterius quoque
 pacti resolutiui Iurisperiti men-
 tionem fecerunt, quod commune
 est & frequens: vt si mutuo consen-
 su à contractu emptionis receda-
 tur ^c: plerumque enim quid eo mo-
 do destruitur quo cõstructum est ^d.
 In qua specie si re non existente in-
 tegra, à contractu illo emptionis
 recedatur, non tam resolutio
 quàm nouus contractus esse cen-
 setur ^e: ideoque vt ex primo, ita ex
 secundo contractu laudemia do-
 mino feudi debentur ^f, cum duo
 sint confecti contractus, ex quibus
 in eminentem dominium transla-
 tum est. Certi tamen sunt contra-
 ctus qui mutuum consensum non
 desiderant, sed alterius ex contra-
 hentibus voluntatem duntaxat re-
 quirunt, vt illi dissoluantur: vt in
 deposito ^g, precario ^h, societate ⁱ,
 donatione

^b
tototit. ff. de in
diem aug.

^c
l. i. §. 2. C.
quando ab emp.

^d
l. fere. ff. de reg.
iur. l. prout. ff.
de solut.

^e
l. pact. conuenta
ff. de pact. l.
Iurisperiti. §.
adeo. ff. de pact.

^f
ar. l. si à me. in
fine ff. ad l. fal.
l. si duobus. ff.
de diuer. §. tēp.
præscr.

^g
l. i. §. penul. ff.
depos.

^h
l. i. ff. de preca.

ⁱ
l. actione. §. dis-
sensu. ff. pro soc.

donatione causa mortis ^k, manda-
 to ^l. Sed vt mandatum reuocetur,
 oportet reuocationem tempesti-
 uè fieri, & eam ad notitiam procu-
 ratoris constituti peruenire. Pro-
 pter matrimonij fauorem receptū
 est procuratorem etiam ignoran-
 tem posse reuocari ^m ab illo à quo
 mandatum habet: quia in matri-
 monio præcipuè voluntas eorum
 de quorum nuptijs agitur, attendi-
 tur ⁿ. Ex summa tamen honestate
 parentum consensus accedere de-
 bet ^o: imò verò iure ciuili paren-
 tum consensus necessarius est ^p, ac
 constitutione regia pleræque pœ-
 næ proponuntur in eos qui spreto
 parentum consensu nubunt. Por-
 rò plerique id obseruari affirmant,
 procuratorem constitutum ad re-
 signandum sacerdotium seu bene-
 ficium in manibus Papæ in fauo-
 rem certę personæ, etiam ignoran-
 tem, reuocari ^a, si is qui talem pro-
 curatorem constituerat, ante resi-
 gnationem admissam per supre-

^k
l. senatus. §. do-
natio. ff. de don.
cau. mer.

^l
l. si verò. §. si
mandauero. ff.
mandat.

^m
c. si. de procur.
in 6.

ⁿ
in c. sufficiat.
27. q. 2.

^o
c. nostrates. 30.
q. 5. c. honoren-
tur. 32. q. 2.

^p
§. 1. inst. de nup.
l. Paulus. ff. de
sta. homi. l. si vt
proponis. l. in
conuentione. C.
de nupt.

^a
Felinus in c. ex
parte, ex. de
rescr.

mum Pontificem purè & simplici-
 ter idem sacerdotium resignasset
 coram Ordinario: cùm tamen qui
 ea varietate esset vsus, ad id quod
 interest teneri censent. Contrariã
 verò tenēt sententiam Bouerius ^b,
 Barbatius ^c, Iohannes de Salua ^d,
 & Rebuffus ^e: quorum opinionem
 confirmare videtur lex pōtificia ^f,
 quæ indistinctè voluit procurato-
 rem ad resignandum constitutum
 non reuocari, nisi reuocatio ad e-
 ius notitiam peruenisset. Itaque ex
 his patet contractus varijs modis
 rescindi. Plures & alias causas ob
 quas contractus rescinduntur re-
 censerem, sed omnes alios modos
 in hæc quæ dixi, reuolui & recidere
 puto. Propter enormem læsionē
 contractus quoque rescinduntur,
 quod hac constitutione singulari
 & eleganti Imperator comprobat:
 ad cuius explicationem propiùs ac-
 cedo. Iam itaque, beneuole lector,
 fundamenta iacta sunt: id nunc
 superest, vt legis huius materiam
 pertra-

^b
decisio. 206.

^c
cons. 48.

^d
decis. 17.

^e
*in tit. de subla.
 clement. literis.*

^f
*in clement. uni-
 sa de renuntiat.*

^g
*hac l. c. cum di-
 lecti. c. cum cau-
 sa. ex. de empt.*

pertractem, quam argumentorum
 & quæstionum agitatione breuiter
 explanabo, & in vario opinionum
 conflictu, quæ mihi verior senten-
 tia videbitur, exprimam.

IMPERA. DIO. ET MAXI.

REM MAIORIS PRETIJ
 si tu vel Pater tuus mino-
 ris pretij distraxeris, huma-
 num est, vt vel pretium te restitu-
 ente emptoribus fundum venun-
 datum recipias auctoritate iudicis
 intercedente, vel si emptor elege-
 rit quod deest, iusto precio reci-
 pies: Minus autem premium esse vi-
 detur, si nec dimidia pars veri pre-
 cij soluta sit.

SPECIES ITA effingi potest:
 Flaccus Bruto fundū vendidit de-
 cem, qui cōmuni æstimatione vi-
 ginti & vno, nūmo aut plus vigin-
 tivendi poterat: atq; ita venditor

enormiter læsus fuerat: quia precium conuentum erat minus dimidia valoris rei emptæ: seu, res vendita superualebat plus duplo precio conuento.

Quærebatur ab Imper. Diocl. & Maxi. quo remedio ipsi venditori læso succurri posset: Diocletianus & Maximianus responderunt venditorem restituto precio rem repetere posse, nisi emptor iustum precium supplere maluerit. Ex hac celebri constitutione hæc sententia elicitur: Venditorem deceptum re ipsa ultra dimidiam iusti precij, precium restituendo re recuperare posse, nisi emptor iustum precium supplere malit. Idem ipsum confirmat Romanus Pontifex ^a. Pleraque dubiam seu ancipitem videntur prima facie reddere hanc sententiam. Primum id quod dici solet, Rem tantum valere quantum vendi potest ^b: tum quod prætextu vilitatis precij venditio non rescindatur, etiam si alter plus duplo offerat.

^a
in c. cum dilecti.
c. c. cum causa.
ex. de empt.

^b
l. i. §. si hæres. ff.
ad l. fal. l. si ser-
uus. c. illic. glo.
ff. de cond. fur.

ferat ^a. Aduersatur quoque, quod Iurisconsultus firmat, liberum esse contrahentibus se inuicem circumscribere ^b: deinde & imputandum ei videtur qui rem suam non iusto precio vendidit, & enormiter deceptus fuit: cum nemo præsumatur vires facultatum suarum ignorare, nam & in facto proprio tolerabilis non est error ^d. Succedit & communis regula non licere à contractu perfecto altero contrahente dissentiente recedere ^e. Atque etiam primis oculis videretur contractum ob enormem læsionem rescindi non debere, quoniam nullum esse, tum quod dolus dans causam bonæ fidei contractui contractum nullum reddat ^f, tum quod precium ex substantia emptionis requiratur ^g. At precium iniustum, videtur precium non esse, quemadmodum testamentum iniustum videtur testamentum non esse ^h. Omissio itaque substantiæ

^a
l. non est proba-
bilis. l. ad rescin-
dendam. l. si vo-
luntate. hoc tit.
^b

^c
l. in causa. §. idē
Papinianus. ff.
de min. l. ex con-
ducto. §. item cū
quidem. ff. loca.
l. si voluntate. C.
de rescin. vend.

^d
l. quisquis hoc
tit.

^e
l. plurimū. ff. de
iur. c. fa. igno. l.
cum falsam. ff.
de acq. her. l. si.
ff. pro suo.

^f
l. in commod. §.
sicut. ff. con. m. l.
sicut. C. de act.

^g
l. c. eleganter. ff.
de dolo. l. 3. §. si.
ff. pro soc.

^h
§. i. inst. de emp.
l. cum res. C.
de prob.

F 5 contra-

l. 2. ff. quemadmodum test. aperia.

ⁱ
*l. ubi ita. ff. de
 dona. cau. mor.
 l. i. §. sed cum ita
 ff. de ver. oblig.*

^k
*l. i. ff. ex quib.
 cau. ma. l. in con-
 tractibus. C. in
 qui. cau. maior.*

^l
*hac. l. in ver.
 humanum.*

^m
*l. i. C. de prad.
 decu. lib. & co.*

^b
*c. Sedes. c. ex te-
 nore. ext. de resc.
 c. cum uniuers-
 forum. ex. de
 ver. permitt.*

contractum destruitⁱ. Sed & forsi-
 tan diceret aliquis hanc percele-
 brem Imperator. constitutionem
 videri quodammodo otiosam esse
 & superfluam, cum etiam maiori-
 bus laesis alio remedio per Prætorē
 ex illa generali clausula (Si qua mi-
 hi iusta causa videbitur^k) succurra-
 tur. Hęc dubitandi rationes etsi pri-
 ma facie hanc elegantem Impera-
 toris cōstitutionem omnino per-
 perplexam & inuolutam efficere
 videantur: ratio tamen decidendi
 elegans omnes illas dubitandi ra-
 tiones superat & destruit. Id enim
 in summa equitate est constitutum,
 quòd venditor, qui ultra dimidiā
 iusti precij partē deceptus est, pro-
pter tantam & immodicam læsio-
nem rem repetere possit, nisi em-
ptor iustum precium supplere ma-
luerit: cum neq; iniustus emptor,
 neq; immoderatus venditor ferē-
 dus sit^a: & cum æquissimum sit
 deceptis succurri, decipientes verò
 cohiberi^b. Et licet priuati vtilitas
 in eo

in eo præcipuè versetur^c, vt qui de-
 ceptus est, huius cōstitutionis sin-
 gulari remedio nitatur: tamen in
 consequentiā hæc cōstitutio sum-
 ma cum reipub. vtilitate sanxit, de-
 cepto vltra dimidiam subuenien-
 dū esse: interest. n. reipublicæ ne re-
 sua quis malè vtatur^d: & ne bona
 sua quis temerè & inconsultè pro-
 fundat aut dissipet. Atq; et publicè
 interest ne quis per dolum & frau-
 dem, aut cū graui alterius damno
 seu iniuria, facultates suas adauge-
 at^e. Non obstant dubitandi hæc ra-
 tiones quæ suprā relatæ sunt: quod
 n. dici solet, rē tantum valere quā-
 tū vendi potest, ita intelligi debet,
 cum temperamento huius consti-
 tutionis, nempe, si modò enormis
 læsio non subsit. Atq; etiam illa re-
 gula intelligi debet, si res vendatur
 homini scienti conditionē & qua-
 litates rei venditæ^f, leges. n. ab alijs
 interpretationē sumunt^g. Ac quā-
 uis Iurisconsultus contrahentibus
 permittat se circumscribere, hanc
 tamen circumueniendi licen-

^c
*arg. l. i. ff. de in-
 integ. rest.*

^d
*§. si. inst. de his
 qui sunt sui vel
 al. iur. §. consi-
 derandum. in
 auth. vt iud. si-
 ne quoque §. ff.*

^e
*arg. l. iustitia ff.
 de inst. et iur. d.
 c. ex tenore. &
 c. sedes. ex. de
 resc.*

^f
*l. mortis causa.
 in sine. & illic
 glo. ff. de dona.
 cau. mor.*

^g
*l. non est no-
 uum. l. sed &
 posteriores. ff. de
 verb. oblig.*

tiam imperator hac constitutione
restrinxit, vt dimidiam iusti precij
partem egredi non debeat. Qui lo-
cus vt enucleatiùs & clariùs ex-
plicetur, animaduertēdum est du-
plicem constitui speciem doli ^h: nā
dolus quidam est qui ex proposito
& fraudulenta machinatione fit,
cuius in hac constitutione non fit
mentio: qui si bonæ fidei contra-
ctui causam dederit, contractum
nullum reddit ^k, cū nihil sit tam
contrarium bonæ fidei quàm do-
lus: qui ita committitur: vt si per
dolum vnus ex contrahentibus
alter qui non erat contracturus, ad
contrahendū inductus fuerit ^a: se-
cus si is dolus à tertio adhibeatur ^b:
neq; enim is dolus contractum e-
uertet. At si contractui stricti iuris
dolus dederit causam, eum nullū
quidem non reddit, sed illam vim
habet, vt stricti iuris contractus re-
scindendus veniat ^c. Dolus autem
incidens ita committitur: vt cū
persuasione fraudulenta, seu blan-

^h
d. l. in hac. l. d. d.
in l. si quis cum
aliter. ff. de
verb. oblig.

ⁱ
tototit. ff. de
dol. & co. eod.

^k
d. l. & eleganter
ff. de dol. l. 3. §.
si. ff. pro soc.

^a
d. l. si quis cum
aliter. d. l. Et e-
leganter. in l. Iu-
lianus. §. 1. ff. de
act. emp.

^b
d. l. & elegan-
ter.

^c
d. l. si quis. cum
aliter.

ditijs aliquis cum quo cōtra-
xit, allicit & inuitat ad contrahen-
dum, (qui tamen aliās erat contra-
cturus) vt viliùs vel chariùs res e-
matur ^d. Qui dolus cū circa vni-
uersam contractus substantiam nō
versetur, sed tantū circa precij
partem, vel circa qualitatem con-
tractus, contractum non destruit:
sed propter huiusmodi dolum ex
contractu bonæ fidei datur actio,
vt damnū acceptum refartiatur ^e.
Cæterū in Gallia etsi bonæ fidei
contractus nullus sit ob dolum dā-
tem causam contractui, tamen li-
teræ Regiæ impetrantur, vt contra-
ctus declaretur nullus, vel quate-
nus de facto processit, rescindatur:
quod enim nullum est, rumpi non
potest ^f. Quòd si subsistat contra-
ctus, sed aliqua iusta causa rescin-
dendus veniat literis Regijs impe-
tratis, postulabitur coram iudice
ordinario contractum rescindi. At
inter vtramque speciem discrimen
est. Nam cū contractus nullus
est

^d
d. l. Iulianus.
§. per. contrariū.
ff. de act. emp. l.
si voluntate. in-
frā. eodem.

^e
d. §. per contra-
rium.

^f
l. 4. in fi. ff. de in-
iust. rup. C. ad
dissoluendam.
ex. de desponsa.
impub.

est, quis tenetur omnes fructus quos percepit restituere? ex contractu enim nullo, nullus effectus resultat. Si verò contractus rescindendus veniat, fructus illos restituere tenetur, quos percepit à tempore litis contestatæ ^a. Alter verò dolus negotialis à doctoribus nuncupatur: qui fit non ex proposito, sed re ipsa contrahi dicitur ^b: cuius in hac constitutione præcipuè fit mentio. Quantum attinet ad illam læsionem quæ dicitur re ipsa fieri abique vlla fallacia & fraudulenta machinatione, Leges huiusmodi deceptionem vsq; ad dimidiam iusti precij partem tolerant: quia commercia inter homines firma & stabilia esse nõ censentur, si passim ob mediocrem læsionem contractus rescindere liceret. Atque etiam infinitæ lites suborirentur si ob leue damnum quod quis sensit ob id quòd rem aliquanto plus emerit quàm valeret, contractus seu conuentiones hominũ subin-

^g
l. non de bium.
C. de leg. l. cum
lex. ff. de fideius.

^a
l. cum fundus.
ff. si cer. pet.

^b
d. l. si quis cum
si aliter. l. vo-
luntate. & hac
l. hoc. tit.

cudem reuocarentur, & rescinderentur. Atq; ita Iurisc. responsum intelligi debet, quod vult contractib. liberum esse naturaliter se circūscribere. Qui locus intelligitur de deceptione quæ fit re ipsa, & quæ propriè dolus non est: atq; etiam de læsione quæ dimidiam iusti precij partem non egrediatur. Qui dolus qui re ipsa fieri dicitur, ita committitur: quando nulla fraude, nullis falsis persuasionibus quis inductus est ad contrahendum: vt si nihil sit furtiuè subtractum ^d, occultatum, correptum ^e, dissimulatum ^f, vel falsò persuasum ^g, sed tantum res ipsa in se dolum habeat ^h, vt quia res minoris vendita sit, quæ plus vendi poterat ⁱ. Quam interpretationem demonstrant verba Iurisconsulti, cum ait ^k naturaliter licere se circūscribere: quasi velit omnem calliditatem, imposturam, fallaciam, seu fraudulentam circūscriptionem, ab illa deceptione quæ dicitur fieri re ipsa, exclu-

^e
l. in causa. §. idē
Papinianus. ff.
de minor.

^d
l. tres fratres. ff.
de pact.

^e
l. et eleganter. §.
non solum ff. de
dolo.

^f
l. quod saepe. §.
si. ff. de cõt. emp.

^g
l. Iulianus. §. per
contrarium. ff.
de act. emp.

^h
d. l. si quis cum
aliter.

ⁱ
d. l. si voluntate
d. l. ad rescin-
dendam inf. eod.

^k
in d. §. idem
Papinianus.

excludi debere. Porro vrgere videtur quod dici solet, à probi viri officio abhorrere aliquem decipere: atque ita videbatur omnem deceptionem etiam si re ipsa fiat, reiiciendam esse: semper enim (vt fert iuris regula) in contractibus id quod honestum est, debet spectari *b*. Cæterùm Iurisc. eam deceptionem quæ re ipsa fieri dicitur, si vltra dimidiam iusti precij partē nō fiat, dolum non continere cēsēt: & vt cōmercia inter homines & negotiationes non impediatur, huiusmodi læsionem tolerant: cūm contrahendo honestū lucrum facere lex non prohibeat *c*, si modò fraus & omnis impostura absit. Quod si tamen quis cum eo contrahat quē hebetem esse non ignorat, aut minimè sagacem, sed cum negotiorum expertem, & valoris rerum ignarum agnoscit, putarem honestissimum esse, si emptor tali venditori iustum precium offerat *d*: omni enim studio & cura vnusquisque

a
l. semper. & illic
gl. ff. de reg. iur.
Cicero lib. 3. off.
gl. vol. item sē
precio. §. ff.
locat.

b
d. l. semper.

c
d. l. si voluntate.
Plato in dial. de
luc. Cup. id.


d
aut. de but. in c.
quia. ex de immunit.
Eccles. Pet. de ancora.
in c. peccatum.
de reg. iur. in 6.
Imo in c. 1. ex. de
emb. Cald. in c.
in ciuitate. ex. de
iur. Fel. in c. ff.
ex. de test.

que eniti debet, ne cum alterius iactura locupletetur *e*. Neque enim admittendum est, quamuis lex civilis naturaliter contrahentibus se inuicem circumscribere permittat, nihilominus alteri hominem & minimè sagacem scienter fallere licere, cūm contractum bona fide niti oporteat ex vtriusque contrahentis parte *f*. Sed hodie apud plerisque hæc tela textitur, & hoc frequenter accidit, vt qua via, iuste vel an iniuste diuitias sibi comparent, plerique non curent: & an summo cum proximi damno eas conquirant, & (vt significantius loquar) extorqueant, nullatenus confiderent: ac sibi ipsis satis esse putant, si modò diuites & opulenti euadant: atque ita plerunq; fit vt malè parta malè dilabantur. De peruersis tantum loquor, qui inexhausta auaritiæ siti flagrant, & qui contrahentes omni genere imposturæ & fallaciæ decipiant, & cum alterius iniuria locupletantur. Quamob-

e
c. locupletari. de
reg. iur. in 6.

f
l. bonam fidem.
C. de actio.

G rem



a
Baldus inc.
cum caus. ex. de
test. gl. in d. ll
semper. ff. de reg.
iur.

b
diuus Thomas.
22. qu. 77. Sco-
tus in 4. senten.
dist. 15. q. 2.

c
l. miles. de re mi-
li. lib. 12. c. si-
gnificasti. ex. de
homicid. ca. nost
in c. proposuisti.
ex. de probat.

d
d. l. quisquis.
infr. eodem.

e
c. cum in iuuen-
tute. ex. de pra-
sump. gl. in c.
transmissa. ex.
qui fil. sunt legi.

f
l. cum de indeb.
ff. de prob. super
hoc ex. de renūc.

rem tutius esse arbitror, ac fore in
conscientia securius, etiam infra
dimidiam iusti precij partem ne-
minem fallere *a*. Quid hac in re ap-
probati Theologi *b* proferant, cō-
sule & sequere: in his enim quæ ad
forum conscientiæ pertinent, ad
illos recurrendum est, cum (vt dici
solet) peritis in arte credendum sit *c*.
Cæterum, negotium quoque non
facit præsumptio illa, Neminem
præsumi ignorare valorem rei pro-
priae *d*: siquidem illa fortiori & ve-
hementiori præsumptione destru-
itur & euertitur *e*, quæ vult nemi-
nem præsumendum esse suum ia-
ctare seu perdere velle *f*. Atque ita
is qui enorme damnum sensit,
non videtur sciuisse verum rei
venditiæ valorem: nam verisimile
ex legis coniectura esse non vide-
tur. Quod si veram rei venditiæ
stimationem seu iustum valorem
non ignorasset, tam vili exiguo-
que precio, nempe minus dimi-
dia valoris rei, fundum vendere
noluisset.

noluisset. Atque etiam ne tanti il-
lum quidem obest quod supra pro-
posui: precium nempe iniustum vi-
deri precium non esse: sicque ob
iniustitiam precij contractum non
modò rescindi, quinimo nullum
esse: nam quod dici solet, vtile per
inutile corrumpi & destrui *g*, id lo-
cum habet in rebus quæ separatio-
nem non admittunt: & in his quæ
indiudiva sunt, quale est testamen-
tum *h* quod indiuiduum est. Secus
in his quæ separationem recipiunt,
& quæ diudiva sunt: *a*: quale est
precium quod diudivum est. Ne-
que etiam ob enormem læsionem
potest dici contractus nullus hac
ratione, quòd deceptio quæ fit rei-
ipsa appelletur dolus *b*: & dolus bo-
næ fidei contractui dans causam,
contractum nullum reddat *c*. Nam
quod dici solet, dolum dantē cau-
sam contractui, contractum euer-
tere, id ad dolum qui re ipsa cōtra-
hitur, non refertur, sed ad eā tantū

g
l. 2. §. Trebatius
et §. idem qua-
ritur. ff. de acq.
quo. et est.

h
l. furiosus. C.
qui testa: fa-
poss.

a
c. vtile. et illic
per Decium de
reg. iur. in 6. l. 1.
§. sed si mihi. et
illic latè per Ia-
son. ff. de verb.
obliga.

b
d. l. si quis cum
aliter.

c
d. l. et elegan-
ter. ff. pro soc. l.
3. §. si. ff. pro soc.

speciem doli qui ex fraudulenta machinatione, seu circūscriptio-
ne, vel calliditate & impostura e-
nascitur & emergit. Qui dolus à
doctoribus deceptius, alter verò
negotialis appellatur. Atque ita ille
duæ doli species diuersæ, non tenui
limite inter se discretæ sunt.

Minus vrget argumentum sum-
ptum ex illo contractu generali Iu-
risconsulti, E quibus causis maio-
res: nam remedium restitutionis
quod porrigit Prætor ex illa gene-
rali clausula, Si qua mihi iusta
causa videbitur ^d, ad eos maxi-
mè refertur, qui propter absen-
tiam necessariam & probabi-
lem, vel probabilem tantum (ab-
sentia enim plura sunt genera ^e)
damnum senserunt: vt si præsens
absentis reipublicæ causa vsucepi-
set, vel illius qui in vinculis deten-
tus erat, vel ab hostibus captus fue-
rat: vel etiam ad eos refertur quo-
rum bona absentes reipublicæ cau-
sa vsucepissent: in qua specie re-
scissoria

^d
in l. i. ff. ex quib.
cau. maio.

^e
gl. in l. si. ff. de in-
int. rest.

^f
l. i. l. ab esse. l. nec
non. l. ait prætor
ff. ex quib. cau.
maio.

scissoria actio datur ^g: cuius vim
Imperator clarissimè explanat. At
illo remedio non confulebatur il-
lis qui enorme damnum fuerant
passi. Quamobrem hæc Imperato-
ris constitutio summa cum utilita-
te constituta est, quæ tota in sum-
ma æquitate iacet. Quod Impera-
tor indicat his verbis, Humanum
est: quæ humanitas pro æquitate
sumitur ^a. Quamuis enim rigor iu-
ris contractum non nisi utroque
consentiente rescindi velit ^b, æqui-
tas tamen hoc suadet, & postulat
eum qui ultra dimidiam iusti pre-
cij partem deceptus est, vel rem re-
petere, vel supplementum iusti pre-
cij posse ^c. Porrò non absurdè hîc
illa quæstio agitabitur: Quando æ-
quitas rigori præferatur: quæ hac
breui, & à doctoribus recepta di-
stinctione ^d explanabitur: nam aut
æquitas scripta est, & rigor scriptus:
in qua specie id quod posterius fue-
rit constitutum, spectabitur ^e: in
dubio verò id quod æquius & be-

^g
§. rursus inst. de
actio.

^a
l. si ita scriptum
ff. de libe. &
l. i. §. qui operas
ff. ad Tertul.

^b
leg. sicut. C. de
act. l. i. & 2. C.
quando ab emp.
disced. lic.

^c
hac l. & d. cap.
cum dilecti & c.
cū causa. exem.

^d
in l. placuit. C.
de iud.

^e
l. pacto nouissi-
ma. C. de pact. l.
clari. & illic.
Baldus. C. de fi-
dei iuss. d. l. i. §. fi.
ff. de stip. seru.

f
l. in ambigua. ff. de reg. l. in ambiguis ff. de reg. iur. l. interpretatione. l. de pœnis.

g
c. si. ex. de trāsac. l. quod si ephe si. ff. de eo quod cer. loc.

h
l. prospexit. ff. qui. & à quibus.

i
c. praterea. ex de test. l. ob car. §. si. ff. de prob. l. padius. §. si. ff. de iure l. unica. C. si quis imp. mal. C. de causis. §. si. ex. de off. deleg. l. aut facta. ff. de pœni. C. considerã dũ de pœni. dist. 5. Baldus in l.

et si seuerior. C. ex quib. cau. inf. irreg. lason. in l. i. C. de precib. D. Tiraquellus. in tractatu de

pœni. tempora. aut remi. k l. placuit. C. de iud. l. Paul. de Castro. in d. l. plac. §. i. inst. de off. iud. §. oper. in auth. de iudic. coll. 6.

nignius erit, magis erit sequendum *f*. Quòd si æquitas scripta sit, rigor verò scriptus non sit, æquitatem sequendam esse nemini dubium est *g*: at si rigor scriptus sit, æquitas non scripta, rigorem esse præferendum doctores censent *h*. Porro peritus & prudens iudex non vno semper colirio (vt dicitur) omnium oculis medebitur: sed perpen-
 sis rerum, temporum, personarum, & aliarum qualitatum circumstantijs *i*, æquum & bonum statuet: & ita ius dicet, vt magis æquitatis defensor quàm illius creator & expugnator esse videatur: placuit enim (vt Imperator ait *k*) in omnibus rebus potio-
 rem esse iustitiæ æquitatisque quàm stricti iuris rationem. Non negarem tamen in his quæ expressa lege constituta sunt & comprehensa iudicibus inferioribus non licere à iure scripto recedere *l*.

Huc

Huc quoque pertinet elegans illa quæstio, quam abundè iuris interpretes examinant *a*: An iudex secundum conscientiam, an verò secundum allegata & probata iudicare debeat: quos in hanc sententiam consule: mihi tamen videtur iudicẽ contra cõscientiam iudicare non debere, licet pleriq; dissentiant: qui, n. facit contra conscientiam (vt inquit lex pontificia) ædificat ad gehennam. Sed vt è diuerticulo in viam redeam, animaduertendum est non licere iudicibus ex arbitrio & cerebro suo passim contra id, quod fuit expressa lege definitum, æquitatem effingere, eamque in iudicando obseruare: vix enim æquitas melior lege occurrit *b*: iudices siquidem legibus & moribus iudicare tenentur *c*. In his quæ ad ordinem iudiciorum pertinent, consuetudinem illius regionis sequi debent in qua lis mouetur *d*. Atque etiam in his quæ executionem spectant, locus

a
 Bart. & Cynicus in l. unica. C. vt qua de aduo. iud. per. suppl. Fel. in c. pastoralis. ex. de off. deleg. notatur in c. i. ex. de off. ord. & in l. illicita. §. veritas. ff. de off. pref. lason in §. si minus. inst. de action.

b
 Baldus in c. unico de Allatidio dd. in c. i. de const. ex.

c
 §. i. inst. de off. iud.

d
 c. quod clericus. & illic gl. & dd. ex. de fo. comp.

^e
Bartol. Baldus,
& alij in leg. 1.
C. de sum. Trin.

^f
Bald. in l. nobi-
liores. C. de con.
& mercator.

^g
l. non dubium.
de senator.

^h
l. quisquis. Cod.
ad leg. Iul. ma.
gest. Lucas de
Pena in Rub. de
domest. cap. pra.
tor. lib. 12. Boe-
rius decisi. 17.

^a
leg. nemo. l. ius
senatorum. de
dignit. lib. 12. c.
fi. C. de senat. &
cōstitutione re-
gia Caroli septi-
mi & octavi. &
Ludouici unde-
cimi. Guido. Pa-
pa quest. 300.
27. Bouerius in
tract. de auth.
mag. conf. &
Parlamenti.

executionis plerunque attenditur: sed quantum ad decisionem litiū, consuetudines litigantium spectari debent: vt si de re immobili agatur, consuetudo illius loci in quo res sita est attendenda venit: mobilia verò personam sequuntur. Porro quantum ad suprema tribu- nalia attinet, non ita præscripto iuris astricta sunt, sed iuris præscri- pto non seruato, id quod æquum & bonum est, perpenſis rerum, tē- porum, & aliarum qualitatū cir- cumstantijs, pronūciare possunt. Nemini enim dubium est quin di- gnissimi Senatus seu supremi Tri- bunalis maior sit authoritas, quàm inferiorum iudicum: nam Senato- ris supremorum tribunalium di- cuntur facere partem corporis Principis, & plerisq; priuilegijs de- corantur. Quis enim tam incon- sideratus & imprudēs reperiri pos- set, qui tam insigne Tribunal sena- tus Parisiensis, cuius tanta est cele- britas, & quòd summo ingenio & exquisita

exquisita doctrina præditis viris ita ornatum est, vt nulla sit tam dif- iuncta regio ad quam illius rumor non peruaferit cum inferioribus iudicibus conferre & adæquare ve- lit? Atque etiam quantus sit splen- dor, quanta sit dignitas & pruden- tia dignissimi & ornatissimi illius Senatus nuper in Britannia consti- tuti & erecti, non dicam verbis ex- primere, sed nec cogitatione asse- qui possem. Qui charissimus Sena- tus & dignissimos & ornatissimos atque prudentissimos Præsides ha- bet, & senatores doctissimos & cla- rissimos, quibus tantas habeo gra- tias, quantas animus meus capere potest, quòd me superioribus die- bus illic causas dicentem, & causa- rum patroni munere fungentem, benignè audiuerint & intellexe- rint. Atque etiam silentio præte- rire non possim illius percelebris Senatus eloquentissimos & peri- tissimos Regis aduocatos, ac crudi- tissimum Procuratorē fisci. Quo-

rum eloquentiam & solidam eruditionem, industriam ac diligentiam satis cloqui & verbis exprimere non possem. Et in illo percelebri senatu sunt eloquentes, facundi, docti, & probi causarum patroni, & neque condignè satis tantorum tamq; insignium virorum exquisitam eruditionem, probitatem, modestiam, oratione complecti possem: Nempe doctissimorū Andree Laillei, Davidis Boutini, Martini Quersalij, Rogerij Louuelij, Prouocij, & aliorū qui in illo sunt senatu causarū patroni, quibus etiam habeo gratias, quòd me in eorum societatem dignissimam & numerum benignè & humaniter superioribus diebus exceperint: & quòd mutuò & veluti fraterno amicitiae nexu eos in me propendentes esse censeo. Qua ex re me perpetua beneficij memoriā eis deuinctum & obstrictum esse existimabo. At nemo dubitat & gra-
uissimis

uissimis, ornatissimis, atque eruditissimis viris etiam inferiora Tribunalia ornata esse & instructa: quale est Tribunal Andegauense, quod & iudicibus prudentissimis, & consiliarijs ornatissimis, & advocatis theoriæ & praxis peritissimis vndequaque splendescit & illustratur. Superest vt plerasque quæstiones discutiam, quæ maxime ad huius legis explicationem conferunt: quas breuiter & strictim perstringam.

PRIMA HÆC ERIT, quomodo enormis læsio accipienda sit. In hac quæstione variæ & distractæ sunt doctorum sententiæ: Alij enim ita enormem læsionem perpendunt, quādo læsio est vltra tertiam partem iusti precij: vt si rem valentem decem, quis sexdecim emerit: sicque læsio vltra trientem versetur: in qua specie dicunt enormem læsionem accipi. Hanc sententiam sequuntur Acurtius, Albericus, Paulus de Castro,

^a
hac l.

Castro, Baldus, Iohannes Faber.
Secunda opinio est, enormem læsionem in hunc modum considerandam esse, quando res vendita superualet plus duplo precio conuenuto, vel quando premium conuentum superualet plus duplo rei venditæ. Quod verum est, etiam si in modico ultra dimidiam læsio versetur ^b: vt si res decem valeat quæ viginti & vno nummo empta sit: vel læsione ex parte venditoris considerata, si res decem valeat, quæ quatuor nummis vendita sit.

^b
glos. in cap. cum
caus. ex de emp.
Iason in l. 2. C.
de iur. euct.

^a
leg. scio ff. de in
integ. rest.

^b
leg. bona fides.
in verbo toto ne
gotio ff. depo.

^c
leg. hoc modo. ff.
de cond. et de
monstr. C. odia.
de reg. iur. in. 6.

Neque obstat quod dici solet, Plerunque rei modicæ non esse habendam rationem ^a: nam illa modica non dicitur læsio toto negotio perspecto ^b. Deinde hæc constitutio cum plena sit fauoris, interpretatione adiuuanda est ^c. Quod si res decem vendita sit quæ viginti valeat, dicitur læsio in dimidia: quod si minus viginti empta sit, dicitur infra dimidiam. Prima opi-

nio

nio licet videatur æquior, quæ vult circumueniendi licentiam arctatam esse, vt trientem egredi non debeat: altera tamen verbis & mēti Imperatoris magis cōuenit, cum dicat Imperator ^d minus premium esse, si nec dimidia veri precij soluta sit.

^d
hac leg.

Quæ verba interpretari vt ad trientem referantur, nihil aliud est quàm commentitia & penitus à verbis textus aliena interpretatione vti. Quis enim existimaret dimidiam iusti precij partem, vt illi arbitrantur? Neque enim aliud Imperatorem censisse existimandum est, quàm quod verbis expresserit: nam (vt inquit Iurisconsultus) quorsum sunt verba, nisi vt demonstrent voluntatem dicentis ^e? Vnde quosdam reprehensione dignos esse existimo, qui cum in aliū sensum verba Iurisconsulti detorqueere volunt, quàm in eum qui clarissimis verbis à Iurisconsulto traditus fuerit: vel quando locus

prima

^e
l. Labeo ff. de
suppel. legat.

prima facie pugnantes deprehendunt, ut nodum dissoluant, verba plerunque immutanda aut detrahenda esse censent: in locum dictionis affirmatiue nonnunquam negatiuam inferendam esse aiunt: quibusdam se vetustis codicibus niti effingunt: atque ita frequentissime diuersa inuehunt ab eo quod claris & significantissimis verbis Iurisconsultus sanxerit & præscripserit.

Non ignoro tamen eos summa commendatione dignos esse, qui locos corruptos bibliopolarum fortasse vitio elegantissime pristino splendori restituerint, ut doctissimus Alciatus nostris temporibus effecit. Sed eos reprehendendos esse maximè censeo, qui passim verba immutanda vel detrahenda esse censent: idque ex vetustis exemplaribus deprompsisse affirmant, quæ nunquam vel viderint vel consulerint.

Secun-

SECUNDA HÆC QVÆSTIO perpendenda est, quibus in casibus enormis læsio non desideretur, sed minorem subesse sufficiat, ut negotium inter contrahentes gestum infirmetur. Hæc quæstio altera amplior est & latior: certissimū enim est minori læso (etsi læsio enormis non sit) beneficio in integrum restitutionis succurri^a: illa enim ætas captionibus est subdita^b: qui etiam aduersus præscriptionem inductam à statuto si læsus sit, restituitur^c: nisi statutum expressè minores excludat. Non tamen quisquam existimet passim minoribus succurri illo restitutionis in integrum beneficio: illi enim ita demum restituantur, si sui facilitate damnum senserint^d: nam & illorum interest ne temerè contractus cum illis confecti rescindantur: aliàs enim pauci occurrerent qui cum illis contrahere vel-^elent, & quodammodo à commercijs hominum reijcerentur.

Mate-

^a
toto. tit. ff. de
mino.

^b
l. 1. ff. de minor.

^c
dd. in l. si. C. in
quib. cau. in int.
Baldus in l. non
est. C. in quib.
caus. in integ.

^d
l. verum §. scien-
dum. l. quod si
minor. §. 2. ff. de
minor.

^e
l. si ex causa.
§. non semper. ff.
de minor.

Materiam restitutionum que
 ampla est diffusa perpenderem, nisi
 à proposito longius egrederer. Hæc
 varijs titulis Iurisconsulti latissime
 examinant: atq; etiam vbi de sim-
 plicis calculi ratione agitur, tanta
 læsio non desideratur, sed mino-
 rem subesse sufficit, vt calculus re-
 peti possit, nisi super læsione esset
 iudicatum vel transactum^a. Sed
 etsi de diuisione rerum hæredita-
 riarum vel rei communis agatur,
 tanta læsio non requiritur, vt que
 dimidiam iusti precij partem egre-
 di debeat: At vt decepto subuenia-
 tur sufficit minorem: non tamen
 contemnendam læsionem verifi-
 ri^b, plerique tamen dissentiant. Il-
 la sententia verior est, siquidem in
 illo iudicio communi diuidendo
 vel familiæ herciscundæ id agitur
 quòd singuli diuisim & æqualiter
 id quod suum est consequantur.
 Quæ etiam sententia in Gallia re-
 ceptior est, & eam iudices occur-
 rente illa specie sequuntur & ob-
 seruant

^a
*l. si. C. de error.
 calcul.*

^b
*l. 2. C. commu.
 utriusque iud.*

^e
*l. inter. C. fa-
 mil. hercisc.*

seruant. Quantum ad contractum
 pro socio attinet, cum in eo con-
 tractu societas ius quodammodo
 fraternitatis in se habeat^d, & socie-
 tate simpliciter contracta qualis
 inter socios debeat esse participa-
 tio lucri & damni^e, dubium non
 est minorem etiam læsionem cõ-
 siderandam esse, quia inter socios
 commune est damnum & lucrū^f:
 quod si tamen inter socios conue-
 nisset, vt vnus ex socijs amplius
 lucrum quàm alter faciat, non reij-
 ceretur illa conuentio^g, etiam si
 plus vnus in societatem non con-
 tulerit quàm alter: vt Iohannes
 glossator antiquus aduersus Azo-
 nem rectius censisse mihi visus est.
 Nam contractus ex conuentione
 legem accipiunt^h: si enim vnus ex
 socijs casus fortuiti periculum in se
 suscipere possit^a, eadem ratione
 potest pacto iuri suo detrahere, vt
 non tantum lucrum ex societate
 percipiat quantum socius. Licet e-
 nim hæc conuentio reprobetur in

^d
*l. verum. ff.
 pro soc.*

^e
*l. si non fuerint.
 ff. pro soc.*

^f
*d. l. si non fue-
 rint.*

^g
*l. si non fuerint.
 C. 5. 1. C. 2. inst.
 pro soc.*

^h
*l. 1. §. si conue-
 niat ff. depos. C.
 contractus. de
 rog. in. in 6.*

^a
*l. 1. C. de commo.
 c. 1. ext. eodem.*

contractu pro socio, ut vnus lucrū tantū alter verò damnum duntaxat sentiat, quæ Leonina societas appellatur ^b: potest tamen conuentione fieri vnum ex socijs duas partes lucri habere: alterum verò tantū tertiam partem ^c.

In sententia vt ab illa appellare liceat, sufficit grauamē subesse: neque attenditur an enormis læsio versetur ^d: hoc enim appellationis elegans remedium adinuentum est, vt iniquitas seu iniuria iudicantis corrigatur ^e. Atque etiam si per alterius dolum, qui per fraudem & imposturam contrahitur, quis damnum senserit etiam citra dimidiam de dolo actio datur ^f: quod Iurisconsultus temperat, nisi læsio duos aureos non excederet ^g. In Gallia putarem hoc recipi, etiam alterius fraudulenta circumscriptio-
ne seu machinatione decepto, etsi damnum duos aureos non excediatur: imò verò et si minor sit læsio, succurri actione de dolo ^h.

^b
d. l. si non fuerint. §. si.

^c
d. l. si non fuerint. §. d. §. i. §. 2. inst. pro soc.

^d
C. de appellationibus. §. illic. glo. ext. de appellat.

^e
l. i. ff. de appellat

^f
toto tit. ff. §. C. de dolo.

^g
in l. idem. ff. de dolo.

^h
facit textus in c. fur. 14. q. 6.

Quid enim si quis pauper & egenus duos tantum aureos in bonis habeat, illósq; alterius fraude amiserit, nonne æquum est ei subueniri? Itaque ex arbitrio iudicis maxime id pendere censerem, quando in modico tantum læso actione de dolo subueniatur. Hoc autem locum habet, etiã si in re mobili quis alterius dolo damnum senserit: in qua specie, quemadmodum in re mobili, actio datur: cum iura deceptis, non verò decipientibus, manum porrigant, seu auxilium præstent ^a.

Quantum ad arbitria attinet, cum quæritur an in illis enormis læsio necessaria sit vt illa reformetur, antequam quid tenendum in hac re sit, exprimam, diuisionem arbitrorum breuiter discutiã. Doctores communiter ^b triplex genus arbitrorū constituunt: vt quidam sint arbitri iuris, quidã arbitri cõpromissarij, quidã arbitri arbitratores. Arbitros iuris appellant, qui

^a
c. sedes. c. exte-
nore. ext. de resc.

^b
in §. omnium.
inst. de act. et in
§. arbitrorum. ff.
pro soc. l. societa-
tem. §. arbitro-
rum. ff. pro soc.

^e
l. opertissimis. & illic. latè per Iason. C. de iudic.

^d
arg. l. qui iurisdictioni & illic Bar. ff. de iuris. omn. iud.

^e
toto tit. ff. & C. de arbit.

^f
l. societatem. §. arbitratorum. §. pro soc. l. fi. C. de cont. emp.

^g
in d. §. arbitratorum.

de causis suspicionis agnoscunt, quorum non fit mentio in libris Pandectarum, sed de illis expresse occurrunt Imperatoris constitutiones ^c. Illi autem eligebantur: at constitutione regia tales arbitri non eliguntur, sed in locum iudicis recusati alter antiquior ordine seruato de illis causis suspicionis agnoscit: nec enim is qui recusat, iudex super causis suspicionis ius dicit, nisi manifestè eas friuolas & inanes esse appareat ^d. Alij sunt arbitri compromissarij, qui ad lites dirimendas adhiberi solent ^e. Tum etiam & alij dicuntur arbitratores, qui in contractibus adhiberi solent, vt partes ad concordiam traducant: qui mediatores seu amicales compositores appellantur. At non alia petenda est distinctio quàm quæ à Iurisconsulto traditur ^g: Duo enim genera esse arbitratorum ait, vt quidam sint arbitri in quos partes adiecta pæna compromittunt: quorum sententiæ & arbitrio

arbitrio erat penitus standum ^h: nec fiebat reductio ad arbitrium boni viri. Alij verò dicuntur Iuriconsulti sententia arbitri, in quos compromittebant absque pœna, vt quãdo inter partes id agebatur, quòd res aliqua fieret alterius arbitrato: in qua specie si arbiter iniquè arbitratus fuisset, fiebat reductio ad arbitrium boni viri ^a. Sed constitutione Regia qualescunque sint arbitri, siue sint constituti adiecta pœna, siue nulla pœna adiecta, semper fit reductio ad arbitrium boni viri, si iniquè arbiter arbitratus fuerit. Quæ reductio ita fit, vt ab eo qui iniquè arbitratus est, ad iudicem ordinarium appellatur: qua appellatione pendente existimarem neque ipsam pœnam exigi debere, cum appellatio arbitria quemadmodum & iudicia suspendat ^b: itaque etsi enormis læsio in huiusmodi arbitrio non versetur, sed alioqui minor subsit, nihilominus fiet reductio ad arbitrium bo-

^h
l. diem proferre. §. stari. ff. de arb. d. §. arbitratorum.

^a
l. unde. ff. pro soc.

^b
l. i. §. fi. ff. ad Turpil.

ni viri ^c, nempe ad iudicem ordinarium, qui bonus vir à Iuriconsulto appellatur ^d: & interim pœna exigi non debet. Quod si tamen ordinarius iudex sententiam arbitri approbauerit, ab eius sententia si cōdemnatus prouocauerit, in ea specie prius appellans audiendus non est, quàm si pœnam promissam cōsignauerit: quod Regis Ludouici constitutio comprobatur. At licet quis appellationi renunciare possit ^e, vt quæ præcipuè in priuati cōmodum & vtilitatem introducta sit, tamen si arbiter ita compromiserit in arbitrium, vt se renunciare appellationi profiteatur, si arbiter iniuste aut iniquè fuerit arbitratus cùm huiusmodi renunciatio tacitam interpretationem habeat, si arbiter iuste fuerit arbitratus, et si alter graue damnū ex arbitrio iniuste non senserit, non obstante huiusmodi renunciatione ad arbitrium boni viri fiet reductio ^f semper enim subintelligitur hæc clausula,

^c
d. leg. unde.

^d
l. cetera. ff. famul. hercis. l. continuus. §. cūm ita. ff. de verb oblig.

^e
l. tale. §. i. ff. de pact.

^f
l. se libertus. ff. de oper. lib.

sula, si arbiter iuste & æquè arbitratus fuerit.

Bartolus putat ^a etiam in ea specie minorem lesionē sufficere, vt contractus rescindatur: nempe si procurator mandato alterius rem vendat. Panormitani ^b tamen opinio mihi videtur verior, quam expressus textus comprobatur ^c: debet enim sibi imputare qui minùs idoneum procuratorem elegit ^d. Neq; enim maior videtur subesse ratio in contractu per aliquem suo nomine inuito, quàm in conuentione alterius nomine & mandato peracta, ex communi iuris regula ^e, quæ vult eum qui per alium facit, per se fecisse videri: quæ tamen iuris regula locum non habet in ijs in quibus personæ electa fuit industria.

TERTIA succedit quæstio, an cùm Imperator hac constitutione venditoris tantum mentionem fecerit, hæc constitutio ad emptorem & ad aliam contractus speciem referenda sit.

^a
in d. §. arbitrarium.

^b
in c. cūm causa. ext. de empr.

^c
in l. si voluntate. C. de rescind. vend.

^d
l. cum mandato. ff. de procur.

^e
l. qui per alium. ff. de reg. iur. l. ita. §. quod si quis. ff. de administr.

^f
l. inter. ff. de solut. l. unica. §. ne autem. C. de cad. toll.

glo. & dd. hic.

h

l. si. C. de indict.
vidui. toll. l. i. C.
de cupress. in lo-
co daph. lib. ii.
C.

i

l. i. l. si quis id
quorum. ff. de
rescind. d. l. i. de
cupress.

k

l. si. C. de fructi.
& lit. exp. l. ut
liberis C. de col-
lat. l. si cum di-
es. §. penult. ff. de
arb.

l

l. in contracti-
bus. C. in quib.
cau. ma. l. maio-
ribus. commu.
ut iud. Bar. in l.
item si precio. ff.
loca.

m

l. si quis cum a-
liter. ff. de ver.
oblig.

n

l. si olei. Cod. loca. o l. damni quidem. ff. de dam. inf. l. nomen.
§. si. ff. de leg. 3. l. cum mulier. ff. sol. ma. p l. illud. ff. ad. l. Aquil.
c. cum dilecta. ext. de confir. uti. q l. nominis. §. rei. ff. de ver.
& ver. sig.

Explorati iuris est emptori ultra di-
midiam decepto, perinde ac ven-
ditori succurri: nam correlatiuo-
rum eadem est ratio ^h, & inter con-
trahentes æqualitas ⁱ, ut & in alijs
iuris articulis ^k, seruari debet, ut
quod in vno ex cōtrahentibus sta-
tuitur, ad alterum quoque protra-
hatur. Atq; etiam certum est non
modò in contractu emptionis, sed
& in alijs, siue bonę fidei ^l siue stri-
cti iuris ^m, nominati siue innomi-
nati ⁿ existāt, huic legi locum esse:
neque enim exempla arctant regu-
lam, vbi generalis & latè patens ra-
tio est ^o: nam quos casus (ut com-
munis iuris regula dicit) conne-
ctit & colligit eadē ratio, eos quo-
que coniungit eadem dispositio:
& paria esse lex existimat, quid erui
ex verbis & ex mente legis ^q. Quā-
obrem cum vbique eadem æqui-
tas versetur, & eadem suadeat ultra
dimidiam

dimidiam iusti precij partem de-
cepto succurri, idem quoque ius
statui debet, ut qui in cæteris con-
tractibus enorme damnum passus
fuerit, ad hoc remedium recurrat,
si modò talis contractus in quo
commodè & aptè enormis læsio
deprehendi possit: neque enim in
deposito seu accommodato satis
appositè enormis læsio deprehen-
ditur. Quamobrem doctissimi
Molinei ^a sententiam satis tutam
esse non puto, qui in permutatio-
ne hanc constitutionem ita tem-
perat, ut in ea ob enormem læsio-
nem supplemento iusti precij non
sit locus: nulla enim lex vel consti-
tutio temperamentum à regula ge-
nerali profert, illud legis autori-
tate confirmare debet ^b. Deinde
eadem in vtroque contractu ratio
est: & propter summam similitu-
dinem vtriusque, plerunque quod
in emptione statuitur, ad permuta-
tionem quoque refertur. Cæte-
rùm quantum attinet ad permuta-
tione-

in tit. de feud. §.
22.

^b
l. ab ea parte ff.
de probat. l. illud
C. de coll. ca. l. i.
& si. ff. de ver.
permut.

d
c. beneficium. & illic. Decius. de reg. iur. in 6. c. ex frequentibus ext. de inst.

e
c. cum uniuersorum. ex. de rer. permut.

f
d. c. sedes. & c. ex. ten. de resc. facit l. in fundo. ff. de rei vend.

g
Nansuerius in Rub. de emp.

a
l. non solet. ff. loca.

tationē sacerdotiorum, in promptu est hoc remedium cessare: neque enim ius in sacerdotio à priuato, sed à conferente emanat *d*. Quòd si tamen per fraudem & imposturam quis aliquem ad ineundum contractum permutationis sacerdotiorum induxisset, & sui sacerdotij maiorem esse valorem falsò asseuerasset, tunc decepto per alterius fraudem etiam in permutatione sacerdotiorum succurritur *e*: cum æquissimum sit deceptis succurri, & decipiētes coerceri *f*. Porrò in locatione quæ ad modicum tempus fit, receptum est huic legi locum non esse: neque enim verisimile est eum qui ad modicum tempus cōductor est enorme damnum pati: deinde, in eum neq; directum neque utile dominium fuit translatum *a*: atque ita tanti nō esset præiudicij damnum quod conductor ex locatione sentiret, quanti esse posset, si plenius ius in aliquē transferretur: deinde

i.

in

in rebus mobilibus hoc remedium cessat. At in simplici conductione potius de re mobili agi videtur quàm de immobili, cum in illo cōtractu tantum conductori uti vel frui liceat re locata *b*. Propter sterilitatem tamen certum est conductori læso succurri, si modò cum ubertate annorum aliorum non possit compensari *c*. Quam sterilitatē Panormitanus *d* ita interpretatur, quando conductor ultra dimidiam iusti precij partem deceptus est. Sed sterilitatis interpretationem magis arbitrio iudicis relinquendam esse censerem: iudex enim omni negotio perspecto in specie occurrente sterilitatem prudenter colligere poterit: & quando quid expressa lege non fuit definitum, id arbitrio iudicis videtur esse commissum *e*.

In locatione quæ ad longū tēpus fit nemine refragante, ob enormē lesionem huic remedio locus est *f*, quæadmodū & in emphiteusi: quæ

loca-

b
l. si in lege. & l. bonas uti frui. ff. locat.

c
l. si merces maior. ff. loc. l. licet. l. excepta. c. loca. C. propter sterilitatem. ext. eodem.

d
in d. c. propter sterilitatem.

e
l. 3. ff. de iur. delib. C. de causis. ex. de offic. delega.

f
l. si ea pactione. & illic. glo. ff. loca. M. s. ius in Rub. de emp.

locatio quę ad longum tempus fit, nempe vsque ad decennium, maioris momenti est quàm quę ad modicum tempus facta est: siquidem utile dominium in conductore videtur quodammodo translatum: imò verò & quidam existimarunt in tanti temporis locatio- ne laudemia deberi, vt Decius^b & Alexanderⁱ voluerunt. Contraria tamen sententia verior est, & vti forensi receptior, quam & sequitur Bouerius^a: neque enim locatio species est alienationis^b. Tum etiam in contractu feudali, si feudum pro pecunia detur, hoc remedium locum habet^c. valet siquidem argu- mentum vt plurimum de feudo ad emphiteusim^d. In contractu autem emphiteutico huic remedio locus est, quando inspecta æstimatione iuris emphiteutici, emphiteuta ultra dimidiam damnū accepit: neque enim hic contractus super proprietate, sed super utili dominio fit^e. At secus proprie-

tatis-

tatis rei æstimatio fiat: neque enim in eo contractu dominium directum sed utile tantum in emphiteutam trāsferitur^f: sed iuris emphiteutici ratio habenda est, vbi de rescindendo cōtractu emphiteutico ob immodicam læsionē quæstio est. Aliud censendum si feudum pro seruitio detur: quia illa seruitia seu obsequia congruam æstimationem non recipiunt^g: feudum autem frequentissimè ob seruitia fit, quod ex definitione feudi patet: quod ita definitur^h, vt sit beneuola, libera & perpetua concessio rei immobilis vel æquipollentis cum translatione utilis dominiij, proprietate retenta sub fidelitate & exhibitione seruitiorum. Cæterum quæriturⁱ quid in hac specie censendum sit: cum nempe quis omni legum auxilio renunciauit, an in ea specie huius legis remedio sit locus. Prima facie videretur dicendum, propter illius renunciationis vim hoc remedium cessa-

^g
l. i. in si. ff. si a-
ger vectigal.

^h

cons. 203.

ⁱ

cons. 165.

^a

decis. 236.

^b

l. non solet. ff.
loc.

^c

ca. ad nostram.
illic glo. & Bar-
tal. ext. de emp.

^d

Bal. Salic. Paul.
in hac l. Iason in
l. i. C. de iure
emp.

^e

Iason in l. i. C. de
iur. emph. glo. in
l. excepto. Cod.
loca.

^f
l. i. in si. ff. si a-
ger vectigal.

^g
l. si pater. ff. de
dona. l. in seruo-
rum. ff. de pœnis.

^h

Iason. in tracta.
de feud.

ⁱ

dd. hic & in l. si
quis cum aliter.
ff. de ver. oblig.

cessa-

^k
l. sitam. §.
renunciatis.
ff. de ed. edict.

^a
l. i. §. generali-
ter. ff. de legat.
præstand.

^b
l. fi. C. de dot.
promiss.

^c
l. 3. ff. de con-
trar. iud. iur.

^d
l. cum de indeb.
ff. de probat.
facit. l. filius.
in verb. perdere.
ff. de dona.

^e
l. mater. ff. de
inoff. test.

^f
in tracta. de re-
cis. cont.

cessare, cum renunciantibus ad id cui renunciauerunt amplius non pateat regressus ^k: & cum verba generalia generalem operentur effectum ^a, & standum sit verbis generalibus, ne temerè per interpretationem restringantur: vnde (vt Imperator ait) à tam generali & effuso sermone quisque temperare debet, ne in promptum incidat periculum ^b: hincque traditum est neminem cogendum esse, vt generali sermone aliquem liberet ^c. At hæc receptissima & vera sententia est, non obstante tam generali renunciatione, tamq; effuso sermone, nihilominus huius legis remedii locum esse, cum ex verisimili coniectura renunciatis de læsione quæ sit ultra dimidiam iusti præcipuam partem, censisse non videatur ^d, & renunciatio ad incogitata non referatur ^e. Imò verò & doctissimus Rebuffus ^f ait Aresto Curie supremæ id comprobatum fuisse, etiam specialiter huic legi renuncian-

tem

tem, hoc remedium à se abdicasse non videri: quæ sententia confirmatur: quia qua facilitate enormiter quis læsus est, eadem quoque huic legi renunciaisse ^g censetur: & quantum fieri potest, omni iustaratione deceptis succurri debet, & occasio præscindi & amputari ^h quæ ad decipiendum tendit, quæ non arctaretur, sed plus quàm par esset protenderetur, si ob huiusmodi renunciationem huius legis remedium cessaret. Vrget & hæc præsumptio frequenter in hac materia repetita: neminem præsumendum esse suum iactare seu inconsultè dissipare velle ⁱ. Illam quoque sententiam aduersus communem confirmat Iurisconsulti responsum ^k, quo ait eum qui renunciauit conditioni indebiti, vel conditioni sine causa, vel actioni in factum, seu omni legum auxilio, nihilominus hoc remedium à se reiecisse non videri: quòd qui error in principali promissione versatur, idem

^g
arg. l. doli. §.
diuersum. ff. de
notat. l. 3. §. scio.
ff. de mino. no-
tat. Bar. in l. no-
mo. ff. de leg. 1.

^h
l. conuenire. ff.
de pact. dot. al. l.
si vnus. §. illud.
ff. de pact.

ⁱ
d. l. cū de indeb.
arg. l. merito. ff.
pro soc. C. super
hoc. ex. de re-
nuncia. c. quia
non est verisi-
mile. ext. de præ-
sump.

^k
l. fi. §. item qua-
situm. ff. de
cond. indeb.

idem in renunciatione subesse cō-
 scatur. Vnde doctores passim sua-
 dent ^a in generali clausula sem-
 per intelligi hæc verba, saluo er-
 rore, salua ignorantia. Quæ i-
 gnorantia præsumitur nisi scien-
 tia probetur ^b, maximè cum quis
 tantum detrimentum quod dimi-
 diam egrediatur, sufferre voluisse
 præsumi non debeat: & quia in eos
 propensiora sunt iura qui de da-
 mno certant, quam in eos qui de
 lucro contendunt ^c. At qui hoc re-
 medium proponit ob tale damnum
 acceptum, quod enorme appel-
 lant, illud resarciri sibi postulat:
 propterea maiori favore & gratia
 dignus est, quàm qui cum alterius
 graui iactura lucrum facere deside-
 rat. Deinde illa renunciationis
 clausula magis perfunctoriè, & ex
 more & stylo Notariorum videtur
 apposita, quàm deliberatè ^d: ideo-
 que magni momenti non est. Qui-
 bus rationibus idem quoque cen-
 sendum est in ea specie, cum quis

^a
in d. §. ite qua-
situm.

^b
l. verius ff. de
probat.

^c
l. §. licentia.
C. de iur. deli-
ber.

^d
Bar. in d. §.
item quesitum.

ultra dimidiam partem deceptus,
 id quod amplius est donauit ^e: cum
 hæc adiectio (id quod amplius est
 dono) ad modicum tantum refe-
 ratur ^f. Ludouicus Romanus, Al-
 bericus & Gofredus reclamant ^g:
 communis tamen sententia rece-
 ptior est & humanior ^h; imò verò
 cum quis generali sermone id omne,
 quantumcunque sit, quod ampli-
 us est donauit, licet crebrius con-
 trariam teneant sententiam inter-
 pretes, non tamen huius legis re-
 medium ei degenerari debet: qua
 enim facilitate deceptus est, eadē
 quoque videtur tam generali ser-
 mone usus ⁱ; cum nemo præsumi
 debeat, ita immensè velle donare.
 Atque etiam hic generalis sermo
 videtur perfunctoriè à Notario ap-
 positus ^a. Quòd si tamen constaret
 scienter & prudenter eum qui im-
 modicè deceptus est, id quod am-
 plius est donasse, cum se vtique ul-
 tra dimidiam deceptum fuisse non
 ignoraret, in ea specie nemini du-

^e
dd. hic & in d.
l. si quis cum a-
liter. ff. de ver.
oblig.

^f
l. hac adiectio.
ff. de ver. & ver.
fig. l. cum furti.
ff. de in lit. iur.
l. cum filius. §.
pater. ff. de leg.
2.

^g
in hac l.

^h
hac. l. in verbo
Humanum.

ⁱ
d. l. doli. §. diuer-
sum. ff. de nouel.
arg. l. 3. §. scio.
ff. de mino. faci-
unt not. per Bar.
in l. nemo. ff. de
legat. 1.

^a
Bar. in d. §. item
quesitum.

bium est quin hoc remedium ces-
 set: cum scienti non dicatur fieri
 fraus vel iniuria ^b & venditor vel
 alius ex eo quod sciuit, conqueri
 non debuit. Vnde Azo ^d in ea spe-
 cie (cum quis ob merita id quod
 amplius est donauit) censuit huic
 legi locum non esse, cum propter
 mentionem meritorum videatur
 sciens & prudens id quod ex iusto
 precio superest, donasse. Neque
 enim dubium est hoc remediū pra-
 cipue ob priuati commodum & v-
 tilitatem introductum fuisse: pro-
 pterea consequens est huic pactis
 priuatorum posse derogari ^e: licet
 enim id quod praecipue reipublicae
 vtilitatis causa introductum est,
 pacto tolli nequeat ^f: tamen quod
 principaliter est introductum ad
 vtilitatem priuatam, licet id secun-
 dario seu in consequentiam vtili-
 tate publicam respiciat, priuatorū
 conuentione potest tolli ^g. Quam
 solet an huic cōstitutioni sit locus
 in venditione facta cum decreto
 iudicis.

^b
*e. scienti. de reg.
 iur. in 6.*

^c
*l. venditor. C. de
 cont. emp.*

^d
in hac l.

^e
*l. pacisci. ff. de
 pact.*

^f
*l. ius publicum.
 ff. de pact. l. nec
 ex pratorio. de
 reg. iur.*

^g
*d. l. pacisci. ff.
 de pact.*

iudicis. Primis oculis videretur
 dicendum decretum iudicis hoc
 remedium excludere, cum is iuste
 possidere dicatur qui authore Prae-
 tore possidet ^b, & solennitas ha-
 stae iustitiam praecij arguat ⁱ. Puta-
 rem duplex posse distingui decre-
 tum, vt quoddam sit simplex, quod
 in alienatione rerum minoris ^k vel
 Ecclesiae interponitur ^l: quoddam
 verò potest dici solenne, vt si per
 programmata ^m, & (vt Gallico &
 Forensi vocabulo vtar) *par Criées*
 venditio fiat, solennibus omnibus
 quae & statuta municipalia, & con-
 stitutiones regiae requirunt, serua-
 tis. Quantum ad decretum illud
 attinet, quod in rerum minoris
 seu Ecclesiae alienatione locum
 habet, certum est non obstan-
 te huiusmodi decreto detecta e-
 normi laesione huius legis reme-
 dio locum esse ⁿ: at si de decreto
 solenni agatur, illud summam

I 2

vim

*ha. text. in c. cum causa. s. cum dilecti. ex. de
 in integ. rest.*

^b
*l. iuste. ff. de
 acq. poss.*

ⁱ
*Bal. in l. 1. C. de
 prescr. 30. loh.*

*de lm. in l. pre-
 cia. rerum. ff. ad
 l. falc. loh. Fab-*

*ber in l. si eo
 tempore. C. de
 remissi. pig. l.*

*quacunque in
 fi. ff. de fid. inst.*

*Etur. hast. fisc.
 lib. 10. C.*

^k
*toto tit. ff. de
 reb. minor. C.
 de praediis
 minorum.*

^l
*c. nulli. ext. de
 reb. eccl. non
 alien.*

^m
*l. si eo tempore.
 C. de remiss. pig.*

ⁿ
*toto tit. ext. de
 reb. eccl. non a-*

empt. Et ext. de

b
d. l. si eo tempo-
re. & illic Ioh.
Faber. & d. l.
quacunq; Bal-
eius in l. si. C. de
in integ. restit.
Alexander, Ioh.
de Imo in l.
precia rerum. ff.
ad l. fal Baldus
in l. ordo. C. de
execut. rei iud.

c
in d. l. precia
rerum.

d
in l. i. C. de prad.
decur. lib. 10. C.

e
in c. cum causa.
ext. de emp.

f
in l. si quis cum
aliter ff. de ver.
oblig.

g
l. i. C. si in cau.
iud. pig. l. si. ob
causam. C. de
euict.

h
d. l. si. ob. cau-
sam.

vim habet etiã aduersus omnes *b*.
 Et pleriq; aduersus huiusmodi de-
 cretum ob enormem læsionem
 contractum rescindi negant: quã
 sententiam sequuntur Bartolus,
 Angelus, Alexander *c*: eam quoque
 sententiam Baldus tenuit *d*, & ple-
 rique alij: alij verò detecta & pro-
 bata enormi læsione venditionem
 factam cum decreto retractari hu-
 ius legis remedio arbitrantur: quã
 sententiam tuentur Panormita-
 nus *e*, Immolaf, & plerique alij:
 quæ quidem prima facie videtur
 esse humanior & benignior, cum
 plerunq; à venditione facta à pri-
 uato ad eam quæ iudicis authori-
 tate fit, argumentum sumatur *f*.
 Succedit & protritum illud, Factũ
 iudicis censi factum partis *b*: vn-
 de quemadmodũ in simplici ven-
 ditione ob enormem læsionem
 huic remedio locus est, ita & in ea
 quæ decreto iudicis confirmata
 fuit: nam licet solennitas illa hoc
 præstet, quòd omnis læsio abesse
 videa-

videatur *i*; tamẽ non sequitur quin
 probata læsione, contractus rescin-
 di non debeat. Deinde, quæ maior
 potest subesse ratio quòd venditio
 facta à minore cum causæ cog-
 nitione, decreto iudicis interueni-
 ente, solennitatibus rite seruatis,
 non obstante huiusmodi decreto,
 ob enormem læsionem rescinda-
 tur *a*? imò verò etiam ob minorem
 læsionem aduersus tale decretum
 minor restituatur? Ea verò quæ hu-
 iusmodi solenni decreto acceden-
 te facta fuerit, ob enormem læsio-
 nem nulla ex parte rescindatur? vsu
 tamen receptius esse puto, vendi-
 tionem factam illo solenni decre-
 to, ob solam læsionem ultra dimi-
 diam non rescindi, sed si cum e-
 normi læsione concineret omissio
 solennitatis, rectè quidem adiudi-
 cationem factam cum huiusmodi
 decreto, reuocari: Et hoc, quòd
 propter tam exactam solennita-
 tem obseruatam, ac propter vim
 authoritatẽmque *b* iudiciorũ fraus

i
l. i. de prad. de-
cur. lib. 10. C. si
quis decur. eo-
dem. lib. c. in
presentia. & il-
lic notat Bald.
ext. de renunt.
Bal. Sal. Paul.
de Castr. Ale-
xander, in l. pa-
cta nouissima.
C. de pact.

a
l. si quidem. C.
de prad. mino.

^b
d. l. r. de prad. decur. cum super
all. facit. l. Herē-
nius. §. Gaia. ff.
de euiēt.

& læsio abesse videatur ^b, ac precium licet iniustum accedente huiusmodi decreto iustum quodammodo esse censeatur. Hoc est quod voluit Baldus, cum ait solennitatem illam iustitiam precij indicare: & ne qui accedente tanta solennitate & iudicij robore rem emit, longiùs in incerto hæreat: puta ne re adiudicata per decretum solenne, emptor ille incertior sit quam antea exiguitatis precij admiffa cōtrouersia. Quod si tamen simplex iudicis autoritas venditionē confirmaret, non accedente ea solennitate quæ per programmata dicitur fieri, & (si barbaro vocabulo vili liceat) per crydas, nō putarem huius constitutionis ampliffimum & elegans remedium denegari. Vnde Bartoli sententia ^c tuta non est (salua eius venia dixerim) qui putat venditionem à iudice confirmatam, hoc remedio ob enormem non reuocari, cum prouisio hominis (vt dici solet) non expellat

^e
in. l. si quis de
decur. lib. 10. C.

provi-

prouisionem legis. Nam autoritas quidem iudicis summam inducit præsumptionem negotij ritè & rectè peracti, sed si aduersus talem præsumptionē enormis læsio probetur, non video quin in illo themate huic remedio sit locus: nemo enim sub Prætoris clipeo decipi debet ^b. Vnde neque id tutum esse putarem quod communiter doctores tenent ^c, Creditori qui auctoritati iudicis sententiam exigētis pignus in solutum accepit, ob enormem læsionem non succurri: neque enim in ea specie Iuriconsultus hoc remedium denegat, & legis huius æquitas in illo themate viget: nam datio in solutum venditionis speciem præ se fert ^d, Quæri etiam posset an in venditione annui redditus, huic legi sit locus. Animaduertendum est venditionem annui redditus non improbari, si modò illa legitimo modo fiat ^e. Illa tamen videtur odiosa, vnde non nisi

^a
l. iste. ff. de acq. poss. d. l. r. de prad. decur.

^b
l. r. C. de his. quæ veni. §. imp.

^c
in l. à diuopio. §. si pignora ff. de re iud. Bar. in d. l. r. de prad. decur. Baldus in l. ordo. C. de execut. rei iud.

^d
l. r. ff. pro solut. facit. l. si pradium. C. de euiēt.

^e
in extrauag. regimini. de euiēt. p. 10.

reliquias quinque annorum posteriorum annui redditus quis petere potest: quod constitutione regia cautum est. Censetur autem ex communi usu, & recepto more iustum precium annui redditus, ut fiat venditio ad rationem unius annui pro duodecim: si verò venditio fieret ad rationem unius annui pro quindecim. Quòd si verò venditio fiat precio minori, puta ad rationem unius annui pro octo aut nouem, contractus omnino nullus est, & usurarius censetur. Hæc quotidie obseruantur: quæ perdoctè & eleganter doctissimus Molineus in suo tractatu de Usuris examinat. Quamobrem in venditione annui redditus magis reductioni vel nullitati (ut ita loquar) subijcitur contractus venditionis redditus propter usurariã labem, quam in eo aptè effingi possit legis huius remedium. Cæterùm propter pactum de re redimenda, quod de retrouendendo appellant, huius legis

gis remedium non tollitur: illud tamen pactum rei valorem & æstimationem minuit: nam propter conditionem vel onus appositum utique res minoris æstimanda est. Cæterùm laudemia cum à domino feudi percipiuntur non ab emptore, non computantur in dimittenda enormi læsione: illud autem pactum de retrouendendo accedente iniustitia precij, & consuetudine foenerandi, præsumptione summam habet usurariæ fraudis & nequitia: & in illo reprobatur pactio qua arctatur facultas luendi redditum, quæ tamen non inficit omnino contractum sed reijcit. At in probanda usura ad coniecturas & præsumptiones recurritur: quæ enim secretè perpetrantur, & quæ manifesta probatione vix detegi possunt, ea per præsumptiones probari solent. Non tamen satis tutam esse eorum sententiam arbitrarer, ut Pauli de Castro, & Alexandri, qui leues coniecturas in

l. 1. §. si hæres. & illic Bar. notat. ff. ad Treb. l. idē Labeo. §. si. & l. sequenti. ff. fam. mil. herc.

b
ca. ad nostram. ex. de emp. c. ille vos. ext. de pig.

c
d. c. ille vos. & d. c. ad nostram. Iason in leg. cum ea. C. de trasfac.

d
l. si qui adulterij. C. de adul. c. litteris ext. de presump. le. non omnes. §. à barbaris. ff. de remilit. l. dolum. C. de dolo. Bal. in auth. quas actiones. C. de sacr. eccl.

e
concil. 119.

f
concil. 64.

g
l. quoties §. qui dolo. ff. de probat. l. sed si maritus. §. sed si constante. ff. qui & à quib.

h
l. iusta. ff. de man. unict.

i
l. sciant C. de prob. l. qui sententiā. C. de pœnis.

k
c. litteris ext. de prob. Bar. in l. licet. §. imperator. ff. de leg. 1. Specul. in tit. de presump. Salicetus in l. ea quidē. C. de accus. facit. l. si quis ff. de man. testa.

l
l. absentem. ff. de pœnis.

a
l. neque natales.

Cod. de prob. l. nam hoc. c. unde reg. b l. addictos. Cod. de appell. c. Cod. ubi periculum. de elect. in 6.

probanda usura sufficere tenent: nam in dubio non debet præsumi simulatio, vel fraus *g*: vel dubius actus ex Baldi sententia non debet iudicari usurarius: & in delictis in quibus vel hominis conuicti existimatio læditur: quæ existimationis læsio damno vitæ persequatur *h*, vel corporis pœna infligitur, veris probationibus *i* & indicijs indubitatis *k* est contendendum, ac perspicuis probationibus crimen probari debet *l*. Si enim in civili causa testes esse oporteat omni exceptione maiores, & probatio concludens esse debeat *a*, multò maiori ratione in causis criminalibus, in quibus plerunque periculo capitis agitur, exacta probatio desideratur: quia (vt habet iuris regula) ubi maius periculum est, illic longè cautiùs & tutiùs agendum est *c*: vnde Iurifconsultus ait fatius esse nocē-

tem

tem absolueri, quàm innocentē *d* condemnare. Imò verò & eorum sententiam non probarem, qui testes singulares ad probandam usuram sufficere dicunt, cum testes singulares vim probationis non habeant. Hoc enim pleriq; censent *f*, quod si de genere aliquo probando agatur, vt puta quem usurarium esse vel hæreticum, plures testes etiam singulares sufficere, maximè si fama cum huiusmodi probatione concurrat: sed si de negotio aut actu quodam particulari probando ageretur, vt si quis certi negotij respectu vellet probare aliquem improbum fœnus exercuisse, testes singulares minimè sufficerent: atq; ita aliquādo ad delicti probationem plures testes singulares sufficere asserunt, nempe si ad generis probationem adhibeantur. Cæterum & propter summam probitatem & dignitatem testium plerique putant *g* etiam in probatione negotij particularis singula-

ritatem

d
l. absentem. ff. de pœnis.

e
c. licet. ext. de test. c. bone. ext. de elect. l. ob carmen. §. si. ff. de testib.

f
Innoc. & illic dd. in c. qualiter 2. ext. de accusa. Felinus in d. c. licet. Baldus in l. i. C. qui numer. tut. Alex. conf. 92.

g
Hipolit. de marital. i. singul. Socinus. Concil. 200. 9.

ritatem testium nō officere, & eorum testimonio standum esse. Que sententia (salua tantorum viro-
rum venia dixerim) mihi videtur aliena à responsis Iurisconsulto-
rum *b*: cū in causis criminū pro-
bationes luce clariores esse oporteat *i*: neque facile ab illa regula recedi debeat *a*, quæ dictat in ore duorum vel trium, &c. nam ex sententia Baldi *b* non plenior est probatio mille testiū singularium quàm vnius. Deinde eorum sententiam nullus textus cōfirmat: sed fit plerunque vt quædam interpretationes & distinctiones ab interpretibus aduersus expressos locos Iurisconsulti inuehantur: neque enim video illam distinctionem expresso textu comprobata: imò aduersus illam occurrunt expressa responsa, & supremi Pontificis & Iurisconsultorum *c*. Quam quoque sententiam, quæ habet singulares testes, non sufficere si de genere probando agatur, etiam concurrente

b
l. a. ob carmen.
§. si. ff. de testi. d.
cap. bono. ext. de
elect. c. tam literis.
c. cum dilecti. ext. de elect.
d. c. licet ex quadam.
ext. de test. iurisiurandi.
C. de testib. c. nihilominus 3.
qu. 9.

i
d. l. fi. C. de probat.

a
e. in omni ext. de test. c. relatiū.
ext. de test. l. ubi numerus. ff. de testib.

b
in l. iurisiurandi. C. de testib.
Iason in l. admonendi. ff. de iureiur.

c
d. II.

rente fama, tenent Abbas Siculus *d*, Barbatias *e*, Alexander *f*, Albericus *g*, & plerique alij *b*: quæ mihi videtur tutior & humanior: cū in pœnis imponendis satius sit ex sententia Iurisconsulti nocentem absolueri, quàm innocentem condemnare *i*. At apertis probationibus, aut vehementibus præsumptionibus detecta vsura, dubium non est quin contractus vsurarius nullus sit *k*: imò verò & qui improbum fœnus exercuerunt, accedente summa & dolosa circumuentione, & fœnerandi consuetudine, extra ordinē puniendi sunt. Si enim publicanus qui iniuste aliquid à priuato extorsit, extra ordinem punitur *l*, eadem videtur ratione vsurarium extra ordinem esse plectendum: qui vt plurimum improbum fœnus exercens, etiam diuitem in paupertatem præcipitem deijcit: & maximè reipublicæ interest *m* improbos vsurarios pœnis comprimere, vt qui proximorum bona im-
probè

d
concil. 42.

e
concil. 54.

f
concil. 62.

g
in rub. C. de her e.

b
Iason in d. l. admonendi.

i
d. l. absentem. ff. de pœnis.

k
arg. l. i. C. de sum. Trinit. & illic notat ad. & in auth. de eccl. titul.

l
l. licitatio. §. quod illicite. ff. de public.

m
arg. l. item vulneratus. ff. ad l. Aquil. l. si operis. C. de pœnis. l. congruit. ff. de off. presid. c. vs fama. de senten. excom. in 6.

**
d. r. de usur. in d.*

**
c. si quis c. quid
dicam. 14. q. 4.*

*b
Iason latè in l.
scire. ff. de verb.
oblig.*

*e
in d. l. scire.*

*d
L. cum eiusdem.
S. interdum. ff.
de edil. edict.*

probè exhauriant^a, & locupletissimas familias plerunque ad summam egestatem pertrahant: vnde dicuntur furtum & rapinam committere^a. Atque etiam quæritur quid sit censendum in venditione plurium rerum vno precio facta, & in eodem instrumento & eodem contractu, si vnus rei respectu versetur læsio vltra dimidiam iusti precii partem, quæ tamen ex aliarum rerum lucro suppleri possit. In præceptu est responsum ex cõmuni doctorum sententia, in ea specie huic legi locum non esse^b, cum venditione plurium rerum vno precio & eodem contractu facta, vnica esse venditio censeatur, etiamsi de rescindendo contractu agatur. Quod verum existimarem, etsi Iason refragari videatur^c, etiamsi plures res non vno precio, sed pro singulis rebus precio constituto in eodem instrumento venditæ fuerunt propter connexitatis robur^d: tum quòd verisimile esse

non

non videatur quem summo precio vltra dimidiam valoris rei, rem certam voluisse emere, nisi cæteras res quoque emisset, ex quibus amplissimum lucrum consequitur. Neque enim alienum est vnus rei sterilis ad aliam quæ fertilior est in eodem contractu comprehensam compensationem fieri^e, etiamsi illæ res singulariter sint æstimatæ. Quòd si tamen deceptio in vna re ex pluribus rebus in eodem instrumento separatim venditis versetur, neque illa læsio ex aliarum rerum venditione resarciatur, illius tantum rei respectu contractus rescindetur^f. Succedit hæc quæstio, quid sit censendum in venditione iussu testatoris facta, si testator certo precio hæredem grauauerit rem propriam vendere: in illa specie huic legi locus non est, cum necessitas vendendi ex testamento prodeat^a, & hæres voluntatem defuncti plenissimè exequi debeat^b: nam

voluntates

*e
l. si duorum. S.
sed rectius. ff. de
act. emp.*

*f
Decius concil.
421.*

*a
Bal. & illic late
Iason in l. si
fidai. ff. de me-
minisse. per il-
lum textum. ff.
de leg. 1.*

*b
l. vel negare. ff.
quem ad. test.
aper.*

voluntates vltimæ latissimam interpretationem habent^e, vt voluntas defuncti executioni demandetur. Quòd si tamen testatorem errasse constaret, vt qui per errorem, ab eo taxatum precium iustum esse existimasset, in ea specie huic legi locus esset. Porrò & hæc quæstio proponitur à doctoribus, an venditio iuramento confirmata ob enormem læsionem rescindatur. Prima facie propter robur seu vim iurisiurandi videretur huic legi locum non esse: nullum enim vinculum ad adstringendam fidem iureiurando maiores arctius esse voluerunt, vt refert Cicero^e, qui iuramentum definit^f, vt sit affirmatio religiosa: planius tamen definitur, cum etiam negando iurari possit^g, vt sit affirmatio vel negatio religiosa cum sacrae rei attestatione, ex sententia Hostiensis^h. Accedit plerunque iuramentum actum inualidum confirmare, & negotium quod reuocari potest, propter iuramentum

^e
l. i. & illic. notant d. d. C. de sacr. eccles. C. inter dilectos. ext. de donat.
^d
ad. hic. Iason in auth. sacramenta. C. si aduer. vend.

^e
lib. 3. offic.
^f
in lib. 3. offic.
^g
c. et si Christus. ex. de iurei.
^h
in rub. de iureiur.

mentum actum inualidum confirmare, & negotium quod reuocari potest, propter iuramentum fieri firmum & permanensⁱ, ac iuramentum seruandum esse quod in dispendium salutis æternæ non vergit^k. Succedit quòd iuramentum vim expressæ renunciationis habeat^l. Communis tamen, & in iudicando recepta sententia est, non obstante iuramento contractum ob enormem læsionem rescindi, dispensatione prius impetrata ab Episcopo super iuramento: nam iuramentum eius actus naturam imitatur cui adiicitur^m. Itaque quemadmodum venditio absque iuramento ob enorme damnum huius legis remedio rescinditur: ita & iuramentum venditionis cui adiicietur, naturam imitari debet: deinde & verisimile non est eum qui iurauit sciuisse se enormiter fuisse deceptum: itaque iuramentum ad incogitata non referreturⁿ: deinceps & iuramentum

ⁱ
d. auth. sacramenta. & illic latè Bar. Iason. Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. c. cum contingat. & illic canonist. ext. de iureiur. c. licet. de iureiur. in 6.
^k
d. c. cum contingat. c. si verè. ext. de iureiur.
^l
Iason latè in l. si conuenerit. ff. de iurisd. omn. iud.
^m
l. si. C. de non numer. pecun.
ⁿ
l. si. ff. qui sati s. cog.

^b
c. animaduer-
tendum. 22. q.
2.

^c
c. etsi Christus.
ext. de iureiur.

^d
Panor. concil.
71.

^e
dd. hic. Iason in
d. auth. sacra-
menta. Panor. in
c. cum causa. ex
de except.

vinculum non est iniquitatis ^b. Ac iuramentū tres comites habere debet, veritatem, fidem & iudicium; propterea qui ultra dimidiam alterum re ipsa decepit, ob iuramentū in contractu prestitum tutus non est, quin ab eo contractu huius legis remedio recedat. Sed qui iuramento constrictus conventionem rescindere contendet, prius dispensationem obtinere debebit, ut supra dictum est, plerique tamen in ea specie iuramentum seruandum esse censent: neque dispensationem ab illo iuramento posse obtineri arbitrantur ^d: altera vero sententia receptior est. Succedit & hæc quæstio, an si minor se à contractu non recessurum iurauerit, videatur & restitutionis in integrum & huius legis remedio renūciasse. Cōmunis sententia hæc est ^e, hæc verba simpliciter prolata ad utrūq; remedium referenda esse: cum verba simpliciter emissa, indistinctè, simpliciter ac generaliter accipienda

pienda sint ^f. Deinde quando iuramentum super certo negotio præstatum, ad id omne refertur quod ex illo negotio emanat & profluit ^g. Quòd si tamen minoris ætatis pre-
textu se non contrauenturum mi-
nor iurasset, non est dubium pro-
pter illa verba huius legis remediū
ademptum non esse ^h: cum ex cō-
muni iuris regula limitata causa li-
mitatum pariat effectum ⁱ: & qui
duo aut plura remedia habet, si vni
renūciat, aliud abdicasse & reiecisse
nō videatur ^a. Illud tamen vide-
tur pugnare, quomodo dicatur mi-
nor hoc remedio niti, cum restitu-
tione in integrum iuuetur, cum ex
peruulgata iuris regula, ordinariū
remedium cum extraordinario
minimè concurrat ^b: & cum resti-
tutionis in integrum remedium
utique plenius esse videatur: siqui-
dem restitutione in integrū contra-
ctus simpliciter rescinditur, nō da-
ta optione ut iustum preciū supple-
atur:

^f
l. si pluribus. l.
si ita relictum.
ff. de leg. 2.

^g
l. si duo. §. idem
Iulianus. ff. de
iureiur.

^h
Panormit. Et
alij in d. c. cum
causa. dd. hic.

ⁱ
l. in agris. ff. de
acq. rerum do-
mi. cum vulg.

^a
l. si domus. ff. de
ser. urb. prad.

^b
l. in causa. ff. de
minor. l. qua-
dā. ff. de edend.

atur: deinde restitutio locum habet, etiam si minor læsio subsit. Hic nodus vulgata solutione adimitur: quod enim dici solet, ordinarium remedium cum extraordinario non concurrere, id locum non habet ubi ordinarium aliquando extraordinario exuberantius ^e seu plenius est, ut in hac specie: nam huius legis remedium pinguius est restitutione in integrum: siquidem illa quadriennio expirat ^d: at huius legis remedium, quemadmodum & cæteræ actiones personales, triginta annis tantum extinguitur ^e. Constitutione tamen regia hoc remedium, de quo in hac constitutione agitur, decennio perimitur, computando à tēpore contractus & in minore, à tempore quo maior effectus est, nisi intra illud tempus lis esset contestata: quia litis contestatio usque ad quadraginta annos actionem perpetuat ^f. Deinde etsi minor restitutionem in integrum habeat, non tamen hoc benefici-

^e
Bar. in l. in provinciali. §. i. ff. de no. oper. nunt. glo. in l. i. C. de sent. ad ff. la.

^d
l. si. C. de temp. in integ. rest.

^e
l. omnes l. sicut. C. de prescr. 30. l. i. §. i. C. de annual. excep.

^f
l. si. C. de prescr. longi temp.

beneficium & huius legis remedium ei denegari debet: sequeretur enim quod in fauorem eius introductum est, in eius odium retorqueri ^g. Porro etsi minor se à contractu non recessurum iurauerit, licet stricto iure ab huius legis remedio reiiciatur, tamen dispensatione super iuramento obtenta, hoc remedio iuuari poterit: idque usu recipi arbitror: cum iuramentum negotij cui adiicitur naturam imitetur ^a; & ad incogitata non protrahatur ^b, minorque de enormi læsione cogitasse nō videatur ^c. Atque etiam cum iuramentum ^d, quemadmodum & alia quælibet dispositio ^e, dolum minimè comprehendat: in omni enim negotio semper censetur dolum exclusus: dolum ^f autem qui fit re ipsa, dolum à Iuriconsulto appellatur ^g: neque enim suspitione summa fraudis & calumniæ caret, qui tam immodicè seu enormiter secum contractentem decepit. Atque etiam ple-

^g
l. quod fauore. C. de leg. c. quod ob gratiam. de reg. iur. in 6.

^a
l. si. C. de non num. pec. l. si. ff. qui sat. cog. late lason in l. si conuenerit. ff. de iurisd. omn. iud.

^b
d. l. si. ff. qui satis. cog.

^c
arg. d. l. cū de indeb. ff. de probat.

^d
c. licet. de iure iur. in 6. d. auth. sacram. C. si aduer. ven. Bar. in d. l. si quis pro eo.

^e
l. creditor. §. Lucius. ff. mandat.

^f
d. §. Lucius. l. tres fratres. ff. de pact.

^g
in l. si quis cum aliter. ff. de ver. obli.

runque illæ clausulæ magis ex more & stylo Notariorum apponuntur quàm deliberatè *b*. Addubitari posset, an sicut in emptore hoc remedium locum habet, ita & ad retrahentem pertrahatur: hoc enim cum personale sit, videtur ipsi personæ inhærere *i*, neque ad alios quàm ad contrahentes extendi debere. Verius tamen id tenendum est, hoc remedium retrahenti competere, cum res ad eum transeat cum eadem qualitate, eodem iure, eodem onere quod in emptore residebat *k*, & ipse retrahens in locum emptoris subrogetur & succedat *l*. Quantum attinet ad res mobiles, communis hæc sententia est usu recepta, in venditione rei mobilis huic legi locum non esse, cum rerum mobilium utique vilior & abiectior sit possessio quàm immobilium *m*. Et hoc ea ratione mihi videtur constitutum, ne commercia, inter homines impediantur, & ut ansa & occasio litium præscinda-

b
Bar. Ias. in l. f. §. item quasi-tum. ff. de cond. indeb.

i
L. i. §. si hæres. ff. ad Trebell. l. f. §. si. ff. de contrah. empt.

k
notatur in c. constituto. ext. de in integ. rest. latè D. Tiracuellus in lib. de Retraçtu.

l
arg. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut.

m
l. si rem mobilium. ff. de acq. poss.

præscindatur, quæ passim suboriri possent, si contractus de re mobili inuti rescinderetur ob deceptionem quæ re ipsa fieri dicitur. Quod tamen locum non haberet in re mobili preciosa, cum plerunque per Jurisconsultos res immobiles & mobiles præciosæ æquiparentur *a*. In venditione in qua incertum quid emitur (ut puta dubius eventus) hoc remedium non viget: ut si quis iactum retis emerit *b*. Quod intelligi debet, si spectetur res quæ euenire potest: nam etiam si piscator nullos pisces extraxerit, nihilominus venditio tenet *c*: sed si habeatur ratio æstimationis spei, (siquidem spes æstimari potest *d*) & emptor ultra dimidiam partem æstimationis spei læsus sit, huic remedio locus erit: atque etiam si post venditionem perfectam damnum emergat, etsi detrimentum quod ipse emptor sensit, dimidiam iusti precij partem egrediatur.

a
l. lex. qua. C. de administ. tu.

b
l. nec emptio. l. si iactum. ff. de cont. emp. l. spē. C. de donat.

c
d. l. si iactum.

d
d. l. spē. C. de donat.

Quia tamen illud perfecta venditione obuenit, & periculum rei venditæ sicut & commodum ad emptorem transit, certum est huic legi locum non esse ^e. Quod si enim perfecta venditione casu fortuito peremptæ fuerint res venditæ, venditio nihilominus firma remanebit ^f: nam in metienda & colligenda enormi læsione tempus contractus attenditur ^g, non verò id quod postea contractu perfecto contigit. Eadem ratione si emptor thesaurum in fundo vendito reperisset, sicque plus duplo precij conuenienti lucrū sensisset, inuento thesauro, iam perfecta emptione non rescinderetur venditio. Ludouicus Romanus cōtrarium firmat ^h: cuius opinio hac in re tenenda non est: nam augmentum seu diminutio postea superueniens, contractum venditionis non destruit, cum commodum vel incommodum rei venditæ ad emptorem spectet ⁱ: & in considerata æstimatione

^e
toto tit. ff. & C.
de pericul. &
commod. rei vend.
§. cum autem.
inst. de emp.

^f
l. necessario. l.
habitatione. ff.
de per. l. 1. & ff.
C. eodem.

^g
c. cum causa. &
illic glo. & dd.
ext. de emp. l. 3.
§. diui. ff. de iur.
fisc. lason in l. 1.
C. de pact. facit.
l. Rutilia. ff. de
contra. emp. c.
ad aures. & illic
gl. in c. cum
dilecti. extr. de
emp. dd. hic.

^h
in l. si quis cum
aliter. ff. de ver.
oblig.

ⁱ
d. §. cum autem
inst. de emp.

tionem rei venditæ res quæ tempore contractus patens erat, non postea in lucem emergens consideratur ^b: atque ita ut huic remedio sit locus thesaurus inuentus non attenditur. Neque obstat in contractu locationis, qui cum emptione summam similitudinē habet, propter vbertatem summam quæ non industriam ^c conductoris contigerit, sed casu fortuito, pensionem augeri ^d: nam etiam si casu fortuito redditus rei locatæ diminuantur, pensio quoque remitteretur ^e: in elementem tamen commodum & incommodum pertransit ^f. Hodie thesaurus inuentus non omnino inuentori acquiritur, sed domino feudi dimidia pars, altera verò inuentori, si dominus sit soli, in quo thesaurus repertus est. At iure civili thesaurus in solidum ad inuentorem pertinebat ^g, si in suo solo thesaurum reperisset, si modò arte magica thesaurum non inuenisset: nam tunc in solidum the-

^b
d. l. Rutilia. ff.
de contra. empt.

^c
l. si. de omn. ag.
de ser. lib. 10. C.

^d
l. si merces. §. vis
maior. & illic
glo. ex locat.

^e
d. §. vis maior.
l. licet. l. excepto.
C. locat.

^f
toto tit. ff. & C.
de peric. &
commun.

^g
§. thesauros.
inst. de rer. di. if.

faurus ad fiscum pertinebat: ars enim magica reprobata est, & quis ea reprobata arte uti non debet^b. Quod hac constitutione proponitur, venditionem ob enormem læsionem rescindi, id locum etiam habet, si Ecclesia rem vendiderit, & emptor ex huiusmodi venditione enorme damnum senserit, cum per Ecclesiam alicui damnum iniuste infligi non debeatⁱ, & Ecclesia hoc remedio utatur^k. Atque etiam in eo sedem obtinet qui rem alienam vendidit: nam licet venditor rei venditæ dominus non sit, tamen cum euictionis nomine teneatur, iusta ratione ei enormiter læso hoc remedio subuenietur: imò verò & qui alienationi rei suæ consensit ab alio factæ, cessis actionibus, hoc remedium proponet: aliàs verò ipsi venditori tantum hoc remedium competeret: cum propriè vendidisse non dicitur qui alienationi rei suæ consensit^a, & hoc remedium personale

^b
l. 3. C. de mater.
& mathem. &
ext. de sortil. &
26. q. 5. tota
quest.

ⁱ
c. de Iudæis. 27.
quest. 1.

^k
c. cum dilecti.
ext. de emp.

^a
L. aud. ff. de
verb. & rer. sig.

fit, quod ei qui contraxit maximè competit: in contractibus siquidem non cuius res sit attenditur, sed ad cuius utilitatem, & cuius nomine contractus initus fuerit^b: unde dici solet rem emptam meo nomine ex pecunia tua tuam non esse^c, præterquam in milite^d, Ecclesia^e minore, & in re emptam per maritum ex pecunia uxoris^f. Quod tamen in subsidium tantum intelligi debet, nempe si aliàs ipsi minori vel uxori consuli non possit^g. Atque etiam qui ratum habet contractum venditionis ab alio suo nomine gestum, hoc remedium à se reiecit non videtur: cum de enormi læsione cogitasse non videatur^h. Cæterum in venditione hereditatis inuolutæ & implicatæ, plerique censentⁱ huic remedio locum non esse: quod tutum non esse arbitrarent, licet hereditatem minus æstimandam esse non dubitem ob id quod inuoluta sit & implicata^k: quia

^b
l. quæcunque. ff.
de act. l. si ex ea.
C. de rei vend.

^c
toto tit. c. si quis
vel sibi.

^d
l. si ut proponis.
C. de rei vend.

^e
dd. in d. l. si ex
ea. & l. si ut pro-
ponis. & illic
glo.

^f
l. vir uxori. ff.
de donat. inter
vir. & uxor.

^g
d. l. vir uxori.
^h
Baldus in l. 1. per
illum tex. Cod. si
minor maior fa.
vend. da.

ⁱ
Baldus in l. per
diversas. C. mād.

^k
l. 1. §. si hæres. &
illic Bart. notat.
ff. ad Trebell.

onus

onus & qualitates rei venditae plerunque rei aestimationem minuunt *l.* Non tamen in ea specie detecta enormi laesione hoc remedium denegari debere arbitraretur: cum illud constringi & arctis cancellis coarctari non debeat: favoris siquidem illud plenum est *m*, summaque aequitate subnixum. Atque etiam in aestimatione rei datae in dotem, huic constitutioni locus est *n*: cum aestimatio emptionem quodammodo constituat *a*: atque ita eius naturam imitari debeat. Quod verum esse puto, licet Sali-cetus *b* & plerique alij refragentur, etiam si res dotalis perierit: cum etiam re perempta & non extante, huic remedio sit locus, ut infra pleniùs suo loco dicetur: & cum in alternatiuis vna re perempta, altera quae superest nihilominus debeat *c*. At hoc remedio contendens, duo alternatiuè postulat, vel rem restitui, vel iustum precium suppleri *d*. In liberatione omnes censent hoc

l.
d. §. si heres. l.
idem Labeo. §.
fi. cum. l. seq. ff.
famil. hercisc.

m
l. hoc modo. ff.
de cond. & de
monst.

n
l. si circumscri-
ptum. C. sol. ma-
trim. l. in re. l. si
res. ff. de iura
dot.

a
l. r. §. si seruum.
ff. de po.

b
in d. l. si. circū-
scriptum.

c
l. si in emptione.
§. si. ff. de contr.
emp. l. Stichum.
ff. de solut.

d
d. c. cum dilecti.
& c. cum causa.
ext. de empt.

hoc remedium denegari, ut si ac-ceptilatione quis debitum remise-rit: quod non tam efficere libera-tionis fauorem arbitror (ut refe-runt doctores) quàm quod in do-natione huic remedio non sit lo-cus: debitum siquidem remittens donare videtur *e*: & non par vtique causa est causae lucratiuae & onero-sae: imò verò & qui ob poenā pro-missam damnum sensit, ad hoc re-medium nō recurrit, cum sibi im-putari debeat quòd sua culpa in poenam inciderit *g*. Atque etiam qui ex suo tantum facto damnum accepit, nullo cum alio contractu inito, ut si quis hæreditatem da-mnosam non confecto inuenta-rio adierit, huius legis remedio sub-ueniri frustra contendit *h*: ac de-ceptus ultra dimidiam in constitu-endo pignore in locum alterius pi-gnoris, huius constitutionis bene-ficio non iuuatur *i*, cum actione personali sit satis sibi succursum, qua ad debitum aget *k*: ac illa læsio

e
l. si donationis.
C. de donat.

f
l. si. §. licentia.
C. de iur. delib.

g
l. cum poena. ff.
de arb.

h
l. si. §. r. C. de iur.
delib.

i
arg. l. creditor
qui non idoneū
ff. si cer. pet.

k
l. si rem. §. om-
nis. ff. de pig. a-
ctio.

quam

quam accepit ex constitutione pignoris in locum alterius, tantum detrimentum non afferat quantum is incurrit, qui in alijs negocijs aut contractib. immodicè læditur: sicq; mirum non est, si in illa specie hæc constitutio cesset. Tum etiam in re iudicata hoc remedium non exigitur ^a: siquidem propter auctoritatem rei iudicatæ ob enormem læsionem res iudicata non retractatur, ex communi iuris regula, quæ vult rem iudicatam pro veritate accipi ^b: quæ tamen locum non habet si ex falsis instrumentis ^c aut falsis allegationibus dolo aduersarij ^d sententia lata esset, vel ex falsa causa, vel omisso eo quod si pars allegasset, victor causæ euasisset, sententia lata sit: vel nisi alia legitima causa suggerente ex illa generali clausula, si qua mihi iusta causas, &c. Puta si mulier, minor, rusticus,

^a
l. ingenium. ff. de sta. homi. l. cum putarem. ff. fam. her. l. seruo. §. cum Prator. ff. ad Trebell.

^b
l. res iudicata. ff. de reg. facit l. si. Et illic Bald. c. sentent. rescindi non poss.

^c
tototit. C. si ex fal. inst. de re iud.

^d
lege si Prator. §. Marcellus. ff. de iudic. l. cum à te. ff. de dol.

^e
notatur in d. §. Marcellus, Inoc. in c. si. ext. de accus.

^f
l. r. ff. ex quibus cau. ma. Bar. Bald. in l. r. Cod. de sent. ad fisc. l. d. in c. suborta ext. de re iudic.

sticus, vel homo minimè sagax, ob omiffas allegationes, vel si quis ob contumaciam procuratoris in causa succubuerit ^b: quas causas comprobandarum literarum ciuiliū (vt practici loquuntur) prudens & peritus iudex meliùs diiudicabit, quàm id ipsum certis regulis possit prescribi: facta enim (vt dici solet) latent Iurifconsultos: vel si per supplicationem quam practici propositionem erroris appellant, quæ locum habet vbi in facto fuit erratum: aut etiam mutuo partium consensu sententia reuocetur, vel per probationes priuilegiatas lata sit, quæ postea detecta veritate reuocatur ^k. In hanc sententiam interpretes inuehunt Caij responsum, quo ait sententiam latam per iuramentum necessarium falsum instrumentis à nouo repertis retractari: ille tamen locus (salua eorum venia dixerim) nihil diuersum statuit ab eo quod communi iure sancitum est: siquidem quem-

^g
l. r. in fi. ff. de qua arg. l. imperatores. ff. de re iudic. ca.

^h
l. penult. ubi glo. Et Bar. ff. qualiter app. sit.

ⁱ
l. eum quem temere. ff. de iud. l. 2. de iureiur. Et fal. ignor.

^k
l. admonendi. Et illic Iason. ff. de iureiur. l. si quis adulterij. Cod. de adult. l. minor 25. ex aspectu. ff. de minor.

^l
in d. l. admonendi. ff. de iureiur.

admo-

m
d. l. admonendi

a
toto. tit. C. si ex
fal. inst. l. diuus
ff. de re iud. l. si
ex falsis. C. de
transact.

b
in d. l. admonen-
di. in ver. quod
si alias.

c
l. si fideiussor. §.
si necessaria. ff.
qui satis. cog. l.
si dictum. §. si
compromissum.
ff. de euid.

d
l. i. §. i. ff. quar.
rer. act. non dat.
l. si. C. de fideicō.

e
l. omnibus. C.
de test. l. nullus.
ff. eodem.

admodum sententia lata periura-
mentum necessarium falsum re-
tractatur *m*: ita & quælibet alia sen-
tentia lata ex falsis instrumentis
reuocatur *a*. Sed illic Caius diffe-
rentiam assignat inter iuramen-
tum necessarium & voluntari-
um *b*: quia sententia lata per iura-
mentum voluntarium, instru-
mentis postea repertis nō reuoca-
tur: magis enim iura fauent ei qui
necessitate addictus quid fecit *c*,
quàm ei qui sponte & proprio mo-
tu se in necessitatem coniecit. Cæ-
terum hodie nisi causa sit maximè
leuis, ad iuramentum necessarium
non recurritur: sed actor probatio-
ne perfecta intentionem suam
probare debet, antequam pro eo
sententia feratur: quia qui iurat,
quodammodo testis & iudex est in
propria causa *d*, contra probatio-
num communem regulam *e*: &
aliquando accidit vt ij quibus iura-
mentum delatum fuerat, falso &
per mendacium iurarent, in graue
præiudi-

præiudicium partis aduersæ, vt cau-
sæ victores euaderent. Quo fit vt
hodie non tam frequenter huic iu-
ramento necessario sit locus: & il-
lud in supplementum probationis,
nisi causa modici sit præiudicii, de-
ferri non soleat: deliquescit siqui-
dem & refrigescit apud plerosque
charitas & religio: vnde non satis
tute plerunque quis causæ suæ an-
cipitem exitum eius cum quo liti-
gat iuramento committeret. Illud
autem iusiurandum quod iudicia-
le appellatur, quod à parte parti in
iudicio defertur iudice approban-
te, etiam hodie acceptari debet vel
referri *f*. Quod intelligendum esse
censerem si solido modo iuramen-
tum deferatur *g*: manifestæ enim
(ait Iurisconsultus *h*) est turpitudi-
nis nolle iurare. Quem locum (li-
cet plerique reclament) ab his re-
ctè intelligi existimo *i*, qui etiam
deficientibus omnibus probatio-
nibus, illud iuramentum deferri
posse censent *a*: nam licet actore

f
l. iusiurandum.
§. ait Prator. ff.
de iureiur. l. de-
lata. l. generali.
§. i. C. eodem. c.
si. ext. eodem.

g
l. 3. §. si. ff. de test.
arg. l. quod si no-
lit. §. si assidua.
ff. de adl. edict.

h
l. manifestè. ff.
de iureiur.

i
Rason in d. l. ma-
nifestè.

a
l. tutor. ff. eod.

L inten-

b
c. 2. ext. de
probat.

c
dd. in l. 3. §. con-
demnatum. ff.
de re iud. Iason
in l. ait Prator.
ff. de iureiur.

d
l. non erit. §. da-
to. ff. de iureiur.
l. 2. C. eodem.
l. quod si disse-
rente. ff. de dolo.

e
Bald. in l. ait
Prator. ff. de iu-
reiur. facit l. si
duo §. si. ff. eodē.

f
in d. l. si duo. §.
si.

g
dd. in l. ait. Pra-
tor ff. de iureiur.
Bar. in l. si. ff.
de quest.

h
Iason in l. admo. ff. de iureiur. dd. in d. lege ait Prator.

intentionem probante ad iuramē-
tum non recurratur *b*, tamen illam
æquitatem Curia suprema obser-
uauit: quòd etsi actor id quod pe-
tit, instrumēto authentico vel alia
legitima probatiōe sibi deberi pro-
bauerit, nihilominus is qui conue-
nitur, audiatur, deferens iuramen-
tum actori, an solutio ei facta sit
nec ne: illa enim probatio prōp̄ta
est & expedita, quæ per iuramen-
tum fit *c*: ac iure ciuili aduersus ius-
iurandum periurium allegans *d* nō
auditur: licet criminaliter *e* de per-
iurio agi possit, & procurator fisci
periurium detegere volens recte
audiatur: cuius p̄riurij p̄na am-
plissimè per Iasonem *f* recensetur.
Porro plerique hoc iuramentum
iudiciale in causa criminaliter in-
tentata *g*, imò verò & necessarium
iusiurandum, si modò ultra semi-
plenam probationem quædam
verisimilis coniectura accedat, et
se acceptandum censent *h*: quod

mih

mih non videtur tutum. Nam in
delictis vsque adeo probatio neces-
saria & concludens esse debet, vt
nec sponte delictum confessus, nisi
saltem in genere de delicto com-
misso constet, & aliæ coniecturæ
obuersentur, puniendus veniat *i*:
cū non audiatur quis perire *k* vo-
lens, ac membrorum suorum do-
minus nemo censeatur *l*. Hinc Im-
perator in causis criminum luce
clariores probationes desiderat *m*.
Quæri solet an in transactione hu-
ic remedio sit locus, vt interueni-
ente læsione ultra dimidiam iusti
precij partem rescindi debeat. Va-
riæ in hac quæstione doctorū sunt
opinioncs & sententiæ: alij enim
in transactione ultra dimidiam læ-
so huius legis remedio non succur-
ri existimant: communior senten-
tia hæc esse censetur *a*: quorum
sententiam iuuat id quod dici
solet, transactionem rem iudi-
catam & iuramentum æquipara-
ri *b*. At iuramentum atq; etiam res

i
l. i. §. si quis vl-
tor. ff. de quest.
l. qui seruum. ff.
de interrog. act.
l. inde meratius.
§. si. ff. ad l. A-
quil. Bar. Paul.
in auth. sed nouo
iure. C. de ser.
fugit.

k
l. non tantum.
ff. de appellat.

l
l. liber homo. ff.
ad l. Aquil.

m
l. si. C. de probat.

a
dd. hic & in d.
l. si quis cum a-
liter. ff. de ver.
oblig.

b
l. non minorem.
C. de transact.
l. 2. ff. de iureiur.
l. post rem. ff. de
re iudic.

^e
l. res iudicata.
ff. de reg. iur.

^d
l. non erit. §. da-
to. ff. de iure iur.

^e
l. si seruo. & illic
glo. C. de fur. &
seruo. corrup.

^f
l. Lucius. §. si. ff.
ad Trebell.

^g
arg. l. i. §. si ha-
ves. & illic no-
tat. Bar. ff. ad
Trebell. Bal. in
l. per diuersas.
C. mand.

iudicata ob enormem læsionem non retractatur: quia res iudicata pro veritate accipitur ^e, & dato iureiurando nihil amplius quæritur quàm quod sit iuratum ^d. Consequens itaque esse videtur, cum æquiparatorum idem sit iudicium ^e, transactionem ob læsionem quæ ultra dimidiam fit, non rescindi & reuocari. Hanc sententiam expressio responso comprobasse videtur est Scæuola ^f, qui transigentem, licet in quadruplo læsum, à transactione recedere non posse ait: at illic quadruplum interpretari debere inspecta vera æstimatione rei, non autem considerato dubio litis euentu, vt communiter doctores censent. Quod quidem planè commentitium est: nemo enim tam supinus & hebes esse videtur, vt qui rem litigiosam nõ multò minoris propter controuersiam motã emere velit ^g. Accedit quod Iurisconsultus ait, id quod transactionis nomine datur, licet res nulla me-

la media fuerit, non repeti ^h: nam hoc ipso quòd à lite disceditur, causa videtur subesse: satis enim lucrari dicitur qui à lite recedit ⁱ: certissimum enim est vnumquemque sibi maximè consulere, qui lites exercatur ^k: quæ plerunque toto illius vitæ curriculo perdurant, qui illis implicatur & inuoluitur, quæ celeriter dirimi deberent ^l: ex quibus & animi & corporis vexatio summa oritur. Et qui facultates maximas habent, plerunque propter litium anfractus & procellas in egestatem præcipites aguntur. Quamobrem cum vt sibi ita & posteritati suæ maximè consulere arbitrarer, qui quantum in se est lites à se reijcit, & cõtrouersiarum molestiam sufferere recusat, nisi iusta ratione, & cum summa causa ad eas accesserit. Atq; ita quis non nisi prius à peritis & expertis habito rectè consilio, litẽ & controuersiam mouere debet, ne tot detrimenta litium, quæ incurrun, ij qui iniustam causam fo-

^h
l. in summa. ff.
de transact.

ⁱ
d. l. in summa.

^k
l. item. §. i. in fi.
ff. ex quib. cau.
maio.

^l
§. item verborũ.
inst. de inutil.
stip. l. acquissi-
mũ. ff. de usuf.
c. iurgantium.
ext. de sent. &
re iudic.

^a
c. 1. de lit. con-
test. in 6. l. cau-
sas. l. fratris. C.
de transact.

^b
l. 1. ff. de transact.

^c
l. sub pretextu.
C. de transact.

^d
l. causas C. eodē.

^e
l. si transactio-
nis. C. de non.
numer. pec.

^f
l. quamuis. C.
de transact.

^g
l. si. C. de tras-

uent, percipiat. Hac ratione autem
pleræque prorogatiuæ fuerant cō-
stitutæ in eorum fauorem quia lite
recedunt: vt in transactione dici
potest, quæ exceptio litis finitæ^a a-
liquando dicitur, & per quam à lite
receditur. Quod ex eius definitio-
ne constat^b: illa siquidem ob enor-
mem læsionem (vt crebrius inter-
pretes censent) & prætextu à nouo
instrumentorum reperorum^c: at-
que vlllo rescripto non retracta-
tur^d. Et in ea exceptio non nume-
rata^e pecuniæ locum non habet:
& poenitiæ locus in ea non est, s.
contra cæterorum contractuum
innominatorum naturam. Hanc
quoque sententiam suadet: quod
si quis titubanti transactionis no-
mine indebitum soluerit, id repe-
tere non possit^g: hæc sententia re-
uera expressioribus Iurisconsulto-
rum responsis mihi videtur com-
probata. Altera sententia est, in
transactione huic remedio locum
esse, si quis considerato dubio litis
euentu

euentu vltra dimidiam deceptus
fuerit^h. Quam sententiam viden-
tur sequentia confirmare: primùm
huius legis æquitasⁱ: æquissimum
enim est eum qui tantum detrimē-
tum accepit vltra dimidiam iusti
precij partem, aduersus decipientē
aliquo tutissimo remedio iuuari:
dictat enim equitas, idq; suadet ne-
minem cum alterius graui iactura
locupletari debere^a. Atque ita hæc
constitutio, quæ tota in æquitate
iacet, arctis regionibus & cancellis
constringi non debet, sed latè extē-
denda est: cum in dubijs in benigni-
orem & æquiolem partem vnus-
quisq; propensior esse debeat^b. Ac-
cedit quod transactio, quemadmo-
dum nec alia quælibet dispositio,
ad incogitata non referatur^c. Ac
verisimile non est transigentem
tempore transactionis sciuisse se
vltra dimidiam fuisse deceptum:
cum nemo iactat suum præsuma-
tur^d, imò vnusquisque suo iure v-
ti, suoque munere rectè fungi

^h
Bar. Laſon in d.
l. si quis cum a-
liter.

ⁱ
in hac l. in ver-
bo, Humanum.

^a
c. locupletari. de
reg. iur. in 6.

^b
l. in ambigua. ff.
de leg. l. quoties.
ff. de reg. iur. l. 1.
& illie Paul. de
Cast. ff. si quis
cautio.

^c
l. cum Acqui-
liana. ff. de
transact.

^d
d. l. cum de in-
deb.

*l. merito. ff. pro
soc.*

*l. in summa. ff.
de transact.*

*l. qui cum tuto-
ribus. §. qui per
fallaciam. ff. de
transact.*

*l. si index. ff. de
minor. leg. si
quis in conscri-
bendo. C. de
pact.*

*l. si quis vina.
§. si. ff. de peric.
et l. qui bona §.
ultimo ff. de
dam. inf. c. se-
des. ext. de re-
script.*

censetur^e. Accedit quòd transactio ob euidentem calumniam rescindatur^f: at summa calumniae suspicio subesse videtur, cum transigens ultra dimidiã iusti precij partẽ deceptus est: qui non videtur pacisci ita deceptus, quã decipi^g. Hæc sententia mihi videtur esse æquior & humanior: quam Aresto supremæ Curia intellexi fuisse comprobata: id enim perhumanum & peræquum est, deceptis omni iusta ratione succurri. Quòd si tamen controuersia mota ob rescisionem prætextu enormis læsionis transactio in ea causa fiat, pleriq; censent in ea specie huic remedio locum non esse: cum quodammodo hoc remediũ transigens in illo themate reiecissee censetur: & nemini dubium sit vnumquenque iuri pro se introducto renunciare posse^h: quod non caret ratione, ne nemperes in infinitum progrediaturⁱ. Cæterum transactione facta post rem iudicatam, si transigens, puta aresto, cau-

sam

sam occisam esse ignorauerit, iustè transactionem rescindi & reuocari postulabit.^a

*l. et eleganter.
ff. de dolo.*

SUCCEDIT ET HÆC quæstio, an resolutò contractu, huius legis remedio resoluatur quoque onus impositum ab emptore rei venditæ. Quod vt appositione exempli illustretur, finge Brutum Ciceroni fundum vendidisse decem nummis, qui communi æstimatione viginti & quatuor valebat. Cicero illi fundo seruitutem imposuit, vel illum pignorauit: Brutus hoc remedio aduersus Ciceronem contendit, vt vel fundum restituat, vel iustum precium suppleat: Cicero fundum restituere maluit. Quæritur an restitutione facta extinguatur quoq; seruitus hypotheca, vel onus aliquod impositũ ab emptore rei venditæ. Hæc quæstio est controuersa: Bartolus^b enim & pleriq; alij tenent non censi extingui onus impositum rei venditæ, huius legis remedio resolutò seu rescisso

*in l. si res ff. qui-
bus mod. pig. vel
hypoth. sol. Bar.
in l. si ex duobus
§. Marcellus. ff.
de in diem ad-
iect.*

L s con-

contractu: hac doctrina subnixi, quòd quando resolutio fit ex voluntate resolutio cōtractu onus extinctum esse non censetur: aliud esse censentes si absolutio ex necessitate fieret ^c. At resolutionē existimāt in huius legis specie fieri ex voluntate, cūm in electione sit emptoris, qui hoc remedio conuenitur, vel rem restituere, vel iustum precium supplere: hincque in partem negatiuam inclinant, non censerī peremptum onus impositum rei venditæ huius legis remedio rescisso contractu. Bald. tamen sententia, qui contrarium tenuit, mihi magis placet, qui putat rescisso contractu ob enormē læsionem peremptum esse & extinctum onus impositum ab eo à quo res auocatur. Neque resolutio quæ in specie huius constitutionis fit, propriè dicitur manare ex voluntate, non ea ratione quam plerique proferunt, quòd fortasse emptor pecuniam non habeat qua precium supplere valeant. ^d quidem

^c
d. l. 3. quib. mo.
pig. Bar. in d.
§. Marcellus.

^d
hac lege.

^d
D. Rebuffus in
tractat. de resc.
contract.

quidem hæc consideratio leuis est & longè petita, frequentiusque fit quòd si præsentem pecuniam non habeat, eam ab alio mutuò accipiat, vt iustum precium suppleat, vt rem restituere non cogatur. Sed ex natura negotij, & ex causa præcedente pignus vel hypothecam, atque etiam legis autoritate, in huius legis specie, non verò ex mera voluntate, resolutio fieri cēsetur ^b: nam & resolutio contractu emphyteutico ob enormē non solum onus impositum ab emphyteuta rei in emphyteusim datæ extinguitur ^c: non tam enim nuda facultas soluendi canonem consideratur, quàm natura negotij, quæ dicit non solum per triēnium canone emphyteusim dissolui ^d: nisi ante litis contestationem emphyteuta moram purgauerit ^e. Accedit & communis iuris regula, resolutio iure dantis, resolui ius accipientis ^f: & altera regula quæ fert resolutio principali, resolui quoque accessoria ^g. Hæc

^b
hac. l. c. d. c.
cūm dilecti. c.
c. cūm causa.

^c
Ioh. Faber in l.
si. C. si ali. res
pig. da. Baldus,
Paulus in l. 3. C.
de seruitut. c.
aqua.

^d
l. 2. C. de iur.
emph. nota. c.
in c. propter. ex.
loca.

^e
dd. in d. c. pro-
pter.

^f
l. lex uectigali.
ff. de pig.

^g
l. cum principa-
lis. ff. de reg. iur.

Hæc sententia in consulendo & iudicando, cum illa æquior sit tenenda est: neque enim emptor in præiudicium venditoris, & in illius detrimentum, quicquam attentare debuit ^b. Proponi & hæc solet quæstio, an re perempta nihilominus emptor iustum precium supplere debeat. Dubitandi ratio illinc depromitur: quia quando quæritas ratione rei debetur, re perempta obligatio quantitatis extinguitur ^a: Eorum sententiæ acquiesco, qui putant re perempta nihilominus ad supplementum agi posse: neque enim tantum supplementum propter rem ipsam debetur, sed propter læsionem quæ ultra dimidiam iusti precij partem interuenit ^b: imò amplius dico, supplementum esse in obligatione inducta a lege: qui enim huius legis remedio ob enormem læsionem impetitur, vel rem restituere tenetur, vel iustum precium supplere: & obligatio illa alternatiua est: at vna re ex rebus alter-

^b
l. 3. ff. quib. mo.
pig. vel hypoth.
solu.

^a
notatur abundè
in l. quod te. ff.
si cert. pet.

^b
l. ae. l.

alternatiuè debitis perempta, altera nihilominus debetur ^c. Quòd autem & rei restitutio & supplementum alternatiuè iure obligationis debeantur, comprobatur Romanus Pontifex expresso responso ^d: vbi eum iudicem reprehensione dignum esse censet, qui occurrente enormi læsione emptorem tantum condemnauerat ad rei restitutionem, & de iusti precij supplemento mentionem nullam fecerat. Deinde & alio in loco delata apud supremum Pontificem ^e hac controuersia in qua venditor ultra dimidiam iusti precij partem damnum acceperat, emptorem condemnauit vt rem restitueret, vel iustum precium suppleret. Quòd si sententia hæc duo coniunctim compleri debeat, consequens est, hæc in libello alternatiuè peti debere: cum sententia libello quadrare & respondere debeat ^f: at vbi nulla obligatio est, nulla petitio est. Itaque merito inferendum videtur supplementum esse

^c
d. l. si in emptio-
ne. §. si. ff. de
contrah. empt. l.
Stichum. ff. de
solut.

^d
in c. cum dilecti.
ex de empt.

^e
in c. cum cause.
ext. de emp.

^f
l. vt fundus. ff.
communi diui. l.
si. C. de fideicom.
libert. l. si pra-
sos. ff. de pænis.

esse in obligatione: quæ quidem non
 ex conuentione emanat, sed ab ipsa
 lege & robur assumit, & originem
 ducit: nam & supplementum par-
 tem facit precij ^a. Propterea ex illa
 precij parte laudemia debentur, si-
 quidem idem est iudicium augmē-
 ti & eius negotij cui superadditur,
 seu adiicitur illud augmentum. Et
 hanc sententiam (supplementum
 in obligatione esse) videtur com-
 probare communis usus forensis,
 qui interpretatione legum pluri-
 mum confert ^c: siquidem qui hu-
 ius legis remedium intendit, literas
 regias impetrat, quarum compro-
 bationem parte vocata ^d coram iu-
 dice exposcet, & ita concludet ut is
 à quo enorme damnum accepit,
 vel rem restituat, vel iustum preci-
 um suppleat ^e: atque ita hæc duo al-
 ternatiuè postulat, vel rei restitu-
 tionem, vel iusti precij supplemen-
 tum: quod euidentis argumentum
 est, supplementū etiam in obliga-
 tione esse: quia si in solutione tan-
 tum

^g
 hac l.
^a
 l. fundi partem.
 ff. de contr. emp.
^b
 Alexander in l.
 si ex toto. per il-
 lum textum. ff.
 de leg. i. l. ergo §.
 aluio. ff. de acq.
 rer. domi. l. inter
 §. cum inter. ff.
 de pact. dot. al.
^c
 l. si de interpre-
 tatione. ff. de leg.
 l. illud usuratū.
 ff. de excus. tut.
^d
 l. nam ita diuus.
 ff. de adop. l. de
 unoquoque. ff.
 de re iudica.
^e
 d. c. cum dilecti.
 & c. cum causa.
 ext. de emp.

tum confisteret, & ex obligatione
 non proflueret, ab illo qui hoc re-
 medio cōtendit, expressè peti non
 deberet ^f. Superiorib. diebus quæ-
 rebat à me aliquis, idemque vir do-
 ctissimus, an venditor qui huius le-
 gis remedio rem ab emptore repe-
 tit, impensas ab emptore factas cir-
 carem venditam restituere tenea-
 tur. Existimabam eas impensas re-
 stituendas esse quæ ad perpetuam
 rei utilitatem factæ essent, etiā non
 cōputatis fructib. quos ipse emptor
 perceperat ^g, nisi illas impensas fe-
 cisset post denunciationem ei factā
 ne quid impendat ^h: illo enim tem-
 pore dominus erat: atq; ita fructus
 suos fecit ⁱ: quos tamen à tempore
 litis contestatæ percepit, non fecit
 suos, & rem restituendo illos quo-
 que restituere tenebitur ^k: cum litis
 contestatio quæ in mala fide cōsti-
 tuat ^l. Sicq; mirū nō est, si à tēpore
 debeāt ab illo qui hoc remedio li-
 tis contestatæ fructus restitui lacef-
 situs, rē restituere maluit: debet e-
 nim

^f
 l. si pupillus. ff.
 de verb. oblig.
^g
 arg. l. in fundo.
 & l. emptor. ff.
 de rei vend. l.
 intra utile. §. r.
 ff. de minor. no-
 tatur in l. domos
 ff. de leg. i. l. pla-
 nē. ff. de pet. ha-
 red.
^h
 d. l. in fundo.
ⁱ
 gl. in d. l. emptor.
 l. bona fidei. ff.
 de acq. rer. do-
 mi. l. qui scit. §.
 bona fidei. ff. de
 usur. l. item ve-
 niunt. §. fructus.
 ff. de pet. har.
^k
 arg. l. cum fun-
 dus. & illic dd.
 notant. ff. sū
 cer. pet.
^l
 l. 2. C. de fruct.
 & lit. exp.

^a
in c. 1. ex. de in
integ. rest.

^b
decis. 44.

^c
glo. in d. l. in
fundo. l. si in a-
rea. ff. de cond.
in deb.

^d
l. quod dos. §. si
dos. ff. de impes.
l. qui exceptio-
nem. §. si pars. ff.
de cond. in deb.

^e
l. qui actionem.
ff. de reg. iur. l.
1. §. quod autem.
ff. de superfic.

^f
d. l. in fundo. ff.
de rei vend. l. si
seruos. ff. de pig.
act.

^g
l. sed si ultro. §.
1. ff. de neg. gest.

^h
d. l. in fundo.

ⁱ
l. diuortio. §. im-
pendia. l. fructus
ff. solut. mat. l.
empt. l. sumptus.
ff. de rei vend.

nim sibi imputare qui maluerit co-
tendere, quam petitioni actoris ac-
quiescere. Panormitanus tamen
quem videtur sequutus ^b. D. Boue-
rius, perpetuò compensandas esse
impensas cum fructibus censet.

Prima opinio mihi magis pla-
cet. Itaque emptor qui hoc re-
medio impetitur, rem retinere
poterit ^c donec illos sumptus recu-
perauerit: si enim actionem ^d ad il-
los consequendos habeat, multo
magis iure exceptionis aut reten-
tionis iuuabitur ^e. Hæc tamen lo-
cum non habent, si tantæ essent
tamq; immensæ impensæ, vt ven-
ditor rei ipsa carere cogeretur ^f. Gra-
ue enim onus impositum non po-
test videri vtiliter gestum ^g. Qua in
re plurimum poterit iudicis arbi-
trium ^h, in discutiendis nempe &
perpendendis illis impensis que
restitui debent. Impensas verò gra-
tiâ fructuum colligendorum fa-
ctas, non est dubium compensari
debere cum fructibus ⁱ. Cæterum

volu-

voluptuariæ impensæ non exigun-
tur, si tamen tolli possint absque
detrimento rei, auferri possunt ^k ab
illo qui eas fecit.

AGITARI HIC commodè po-
test hæc quæstio, quomodo in spe-
cie huius legis, æstimatio seu verus
rei valor probari debeat. Certum
est vt varia sunt probationum ge-
nera ^l, ita varijs modis potest quid
probari ^m. Verus rei valor aliquan-
do per testes probatur: qui testimo-
nium ita ferre debent, vt de com-
muni æstimatione rei contractus
tempore attestentur ⁿ: aliàs enim si
testes magis ex affectione quam ha-
bita ratione communis æstimatio-
nis de vero rei valore ferrent testi-
monium, fidem non facerent ^a:
cum precia rerum ^b nō ex affectio-
ne, sed communi æstimatione fun-
dentur. Cæterum si pugnantes &
inter se dissidentes essent vtriusque
partis testes, vt quidam de minori
æstimatione testimonium diccrēt,
alij maiorem esse asseuerarent, ha-

M benda

^k
d. l. fundo. cum
simil.

^l
Bar. Iason latè
in l. admonen-
di. ff. de iure iur.

^m
l. 3. §. 2. ff. de test.

ⁿ
Bar. Baldus in
hac l.

^a
l. precia rerum
& illic dd. no-
tāt. ff. ad l. Fal.

Bar. hic.

^b
d. l. precia re-
rum.

^c
l. ob carmen. §. fi. l. 3. §. 1. ff. de test. c. in nostra. c. prater ea. ext. de testib.

^d
l. diem proferre. §. sed si plures. ff. de arb. l. inter partes. ff. de re iudic.

^e
l. semper. ff. de reg. iur. c. in obscuris. de reg. iur. in 6.

^f
l. cum precibus. C. de prob. l. optimam. Cod. de contrah. §. committ. stip.

^g
l. quoties. ff. de reb. dub.

^h
in hac l.

ⁱ
glos. in leg. diem proferre. §. sed si plures. ff. de arb.

^k
l. actor. C. de probat. c. bone. ext. de elect.

benda est ratio dignitatis, qualita-
tis, & numeri testium, & corū qua
verisimiliora viderētur. ^c Quòd si v-
trinq; omni ex parte esset equalitas
testium, mihi videretur illorum te-
stimonium præualere, qui minorē
æstimationem affirmant ^d: nam ex
communi iuris regula, in dubijs id
quod minimum est sequimur: ac
in dubio instrumento statatur donec
contrarium apertè probetur ^f: & ea
videtur acceptior interpretatio, vt
negotium gestum inter contrahē-
tes potiùs subsistat quàm destrua-
tur ^g. Baldus tamē contrariam sen-
tentiam tenet ^h, ea ratione motus,
quòd magis duobus affirmantibus
credatur quàm mille negantibus;
vt nempe maiorem fidem adhibē-
dam esse censcat de maiori æstima-
tione attestantibus, quàm de mi-
nori testimonium dicentibus: cum
negatiua regulari iure per testes
non probetur ^k. At hæc ratio (sal-
ua tanti viri venia dixerim) non
vrget: quia hæc communis regula
locum

ocum non habet vbi negatiua af-
firmatiuam continet ^l. Deinde &
illa regula locum non habet in ijs,
quæ magis iudicio & impressa in-
telligētia quàm sensu corporis per-
cipiuntur: nā probatio valoris ma-
gis intellectu quàm sensu corporis
percipitur ^m. Quamobrem qui hu-
ius legis remedio contractum re-
scindi postulat, eius officio incum-
bit, vt plus duplo maiorem fuisse
rei valorem doceat precio conuē-
to, & testes de communi estimatio-
ne testimonium ferre, & dicti sui
rationem reddere, & æstimationē
ad tempus contractus referre ⁿ: nō
verò æstimationem & rei valorem
singulari quadam affectione meti-
ri & diiudicare debent ^b. Quòd si
tamen plures concurrerent testes,
qui simpliciter qualis esset rei æsti-
matio contractus tempore dice-
rent, nulla communis æstimatio-
nis facta mentione, illorum
testimonium subsisteret: simplex
enim illud testimonium plurium

^l
gl. & dd. in d. e. bone.

^m
Bar hic.

ⁿ
d. c. cum causa. ext. de empt. §. c. ad nostram. ext. de emp. fa- cit. l. 3. §. diu. ff. de iur. fis.

^b
d. l. precia rerū.

æstimatio contractus tempore dicent, nulla communis æstimationis facta mentione, illorum testimonium subsisteret: simplex enim illud testimonium plurimum communem æstimationem iudicaret: cum testimonia congrua & iusta interpretatione magis adiuuari quàm reiici debeant^e: & probationis facultas ex Iurisconsultorum sententia constringenda, & arctis regionibus circumscribenda non fit^d: & in dubio homines id sequi videantur quod communiter fit^e. Hanc quoque sententiam Bal. tenuit^f. Nō tamē æstimatio debet attendi illius tēporis, quo propter maximam penuriam, quæ modico tantum tēpore inualuit, summa erat æstimatio: cū insolita, & quæ modica tantum tempore extitēre, Leges hac in re non considerent^g. Atque etiam aliquando per veros æstimatores huius artis peritos probatio fit^h: qui potissimum

^e
c. cum clamor.
ext. de test.

^d
l. quoniam. C.
de heret. c. peruenit. ex. de test. cog.

^e
l. quod si nolit.
§. si assidua. ff. de edil. edi.

^f
in hac. l.

^g
l. Seio. §. medico. ff. de annuis. leg. l. fistulas. §. frumenta. ff. de contra. emp. l. si prius §. plane. et illic. Bar. ff. de acq. possess.

^h
arg. l. si irruptione. §. si. ff. fin. regul. l. hac adictali. §. his illud. C. de secum. nup.

mum duo esse debentⁱ, vt cautiùs & consultiùs agatur. Hoc frequens est hac in re probationis genus: solent enim fines seu limites circumscribi^k, & per æstimatores in quos partes consenserint, prædia communi æstimatione æstimari quanti sint valoris, & quanti redditus anni: aliquando per vicinos æstimatio probatur, nonnunquam verò per instrumenta posteriorum venditionum, maximè si non longo tempore interiecto illa instrumenta confecta sint^a neque enim facile ex paucis temporis interuallo variatio æstimationis præsumitur^b. Tum etiam in probanda æstimatione rei attenditur qualitas rei, & quantitas fructuum, vel bonitas, vel loci^c, imò verò ex Bartoli^d sententia aliquando æstimationem rei minuit qualitas personæ: vt si quis ab eo qui creditoribus sit obstrictus, fundum emerit. Mihi tamen (saluo vniuscuiusque iudicio) in hac specie hoc considerandum

ⁱ
§. quod autem. in aut. de non alienan. Iason in d. l. admonendi.

^k
arg. l. non solum. in §. sciendum. in vers. modulus. ff. de noui oper. nunt. & d. l. si irruptione. §. si. ff. fini. reg.

^a
Bar. in l. unica. de sentent. qua pro eo quod interest.

^b
Bar. in l. Titia. §. i. ff. de ver. oblig.

^c
l. i. §. si hæres. & illic Bar. ff. ad Trebell. l. si quos. in vers. redituum. hoc tit. l. si fundum. & illic Iason. ff. de leg. i.

^d
in d. l. i. §. si hæres. ff. ad Trebell.

esse non videtur: sed si quis creditoribus obæratum fundum à nemine detentum vendiderit, probata læsione communis æstimationis rei, contractus tempore habita ratione, hoc remedio iustè contendet. Quod & æquitas huius constitutionis, quæ ampla est & in omnibus personis locum habens, suadet & postulat. Imò verò & cum quis vehementiùs affligitur, ut ei succurratur, & ei afflicto & necessitate oppresso manus porrigatur, propensiora iura esse videntur ^e: si modò quis scelere & maleficio se in necessitatem non coniecerit ^f. At verò cum probationes sint arbitrariæ ^g, hoc est ex arbitrio iudicis legibus adornato pendeant, faciliùs iudex perspiciet & diiudicabit an rectè æstimatio seu verus valor, vel enormis læsio probata sit, quàm id ipsum certis regulis & præceptis possit præscribi. Iudex enim habitatione locorum, qualitatibus, & aliarum circumstantiarum, &

^e
l. Diuus. ff. de off. pras. l. tam dementis. C. de Epis. aud. l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui sat. cog.

^f
l. quod quis ff. de reg. iur. c. dānum. de reg. iur. in 6.

^g
l. 3. §. tu magis. ff. de testib.

ex varijs argumentis iudicium futurum efformat & instruit ^a, ubi de veritate rei perscrutanda agitur. Cæterùm probatio æstimationis fructuum qui ex iam lapso tempore debentur, petenda est apud acta, seu (ut significantiùs loquar) ex registis Curie depromenda est: quod constitutione regia comprobatur.

^a
c. præterea. ex. de test. l. ob carmen. §. si. ff. eod.

ATQVE ETIAM quæri solet, quod remediū in specie huius constitutionis componatur. Alij actionem ex empto competere cēsent, ut Accursius, Bartolus, & plerique alij ^b: quia in bonæ fidei iudicijs etiam veniunt de quibus non est cogitatum ^c: & dolus purgatur per actionem ex illo contractu bonæ fidei resultantem. Hæc tamen sententia mihi videtur aptior, conditionem ex hac lege locum habere: ubi enim quedā facti species occurrit, cuius nomine expressa per Iurisconsultum actio proposita nō fuerit, ad conditionem ex lege

^b
in hac l.

^c
l. ex empto. ff. de act. emp. §. 1. in sti. de oblig. qua ex caus.

d
e. l. r. C. de cond.
ex l.

*e. dilecti. ext. de
iudic.*

f
glo. & dd. in l.
i. ff. de eden.

recurritur ^d. Neque existimet aliquis hanc quæstionem inanem & otiosam esse; nempe inuestigare quænam actio ex certo negotio detur, cum usu forensi quis nomen actionis exprimere non cogatur, & causarum patrono sufficiat (vt lex pontificia sanxit ^e) facti seriem simpliciter proponere. Nam inde consequens non est, non maximè conferre, imò verò necessariū esse Advocato vim actionis quæ ex facto resultat & emergit, dignoscere. Quomodo enim is aptè concludere, & vim actionis aut negotium de quo agitur rectè assequi posset, nisi nomen actionis & eius energiam memoriâ teneret ^f? Ac neque etiā quisquam eo prætextu à iuris nostri cognitione animum deijcere debet, quòd pleræque leges Pandectarum aut Codicis hodie non feruentur: sed vel in desuetudinem abierint, vel expressa constitutione regia, vel lege municipali, abrogatæ fuerint. Scire enim leges, non est

est verba tenere (vt inquit Iuriscōsultus ^a) sed vim & potestatem: & plurimū legum, etiam earū quæ in usu non sunt, cognitio confert ^b. Vnde plerosque summa reprehensione dignos esse arbitror, qui praxi tantum se dedunt, & Iurisconsultorum responsa nunquam, aut raro consulunt. Praxis enim manca est & inanis, nisi cum theorica iungatur: atque etiam theorica debilis est, & quodammodo claudicat, si praxi destituta sit: vtraque enim mutuis auxilijs nititur. Vnde Demades aliquando rogatus quo præceptore fuisset usus, respondit, tribunali Atheniensium: innuens praxim & rerum experientiam plurimū conferre ad doctrinæ augmentum. Neque per patronum satis commodè clientulis posse succurri arbitror: nisi theoriæ & praxis peritus extiterit. Quomodo enim id quod iuris erit proponet, & an iustam causam foueat planè diiudicabit, si controuersia in iure

a
l. scire. ff. de leg.
b

*§. nouit. & illic
Panor. ext. de
ind. Bar. in l. ff.
ff. de fal.*

consistat, nisi iuris ciuilibus clarissimæ
arti operam dederit? Quòd si verò
causa in factò iaceat, quomodo tã-
dem ius ex factò resultans, & vim
probationum aptè deprehendet, si
soliùs praxis auxilio nitatur, & do-
ctrinam iuris negligat? Ceterùm
qui iuris peritia præditus est, & qui
patroni munere fungitur, summo
studio eniti debet, ne se ad iniustæ
causæ patrocinium conuertat, ne
subterfugijs & captionibus bonum
& æquum interuertere contēdat.
Laudabile siquidem est, & vitæ ho-
minum maximè necessarium Ad-
uocationis officium (vt Imperator
ait ^a) ita tamen si quis probè, syn-
cerè, vt hominem iustum & æ-
quum decet, Aduocati munus ex-
erceat.

ATQVE ETIAM hæc quæstio
hîc opportunè tractari potest, co-
ram quo iudice hoc remedium
proponi debeat: & an pendente
cōtrouersia super rescissione, inte-
rim contractus seruari debeat: va-
riè

^c
Plato in libr. de
leg. dialogo II.

^a
L. laudabile. l.
aduocati. C. de
aduocat. diuer.
iudic.

riæ enim fuerunt super hac quæ-
stione opiniones & sententiæ. Alij
existimarunt coram eo iudice hoc
iudicium rescissorium proponen-
dum esse, in cuius territorio res de
quibus agitur essent sitæ ^b: quòd
dicunt remedium rescissorium esse
in rem scriptum ^c. Alij id in electio-
ne esse actoris existimant, vel co-
rã iudice domicilij vel corã iudice
in cuius territorio res cōtrouersa si-
ta est, experiri ^d. Alij hoc iudiciũ co-
ram iudice domicilij eius qui con-
uenitur ^e, proponendum esse arbi-
trantur. Quæ sententia hodie vsu
recipitur, & summa ratione: hoc e-
nim remedium personale est: vnde
quemadmodum & aliæ actiones
personales, coram iudice domici-
lij proponitur ^f. Non negarem ta-
men hoc rescissionis remedium ef-
se in rem scriptum: nam rem ipsam
persequitur ad quamcunque ma-
num deuenit ^g: etsi summo iu-
re agatur quemadmodum in cæ-
teris iudicijs mixtis, vel in rem
scriptis,

^b
l. si. c. ubi in Re-
um act. c. sære.
ex. de fo. comp.

^c
c. in causa. §. si.
ff. de minor.

^d
gl. in l. forma. ff.
de cens. l. i. c. v-
bi de har. argu.
oppo. l. si. c. ubi
in rem act. Eal.
in l. 2. C. de log.
temp. prescr.

^e
l. quoniam C.
ubi & apud
quem in int.
res. arg.

^f
d. l. si. C. ubi in
rem act.

^g
d. l. in causa. §.
si. ff. de minor.

h
d. l. si. Cod. ubi
in rem act.

a
§. 1. in auth. de
iur. iur.

b
Guido. Papa de-
cis. 143.

c
l. dominus. ff. de
cond. indeb.

d
l. quod si minor
§. restitutio. ff.
de minoribus.
Bar. in l. ab ho-
stib. §. sed quod
simpliciter. ff. ex
quib. caus. mai.
Iason in §. rur-
sus. inst. de act.

cæteris iudiciis mixtis, vel in rem scriptis, tribuendam esse electionem actori, an reum coram iudice domicilii, an coram eo iudice in cuius territorio res sita est, convenire velit *b*. Crebrius verò usu recipitur, hoc remedium coram iudice domicilij rei proponi: cum id remedium personale sit, licet in rem scriptum. Neque obstat illud ad heredem transire, atque hoc remedium personale esse non videri: nam & quæ personalia sunt, ad hæredes migrant, cum fictione, umbra & subtilitate iuris, hæres & defunctus eadē persona esse censeantur *a*. Cæterum licet iure civili doctorū variæ sint opiniones, an iudicium rescindens & rescissorium in eodem libello cumulari possint. Hoc tamen communi usu forensi recipitur, utriusq; iudicij in eodem libello cumulationem admitti *b*, ut circuitus evitetur *c*. Iudicium autem rescindens illud est remedium, quo contractus ob dolū vel metū, vel aliam

iustam

iustā & legitimam causam rescinditur *d*: rescissorium verò illud est, quod competit rescisso contractu, & ad rei restitutionem dirigitur: ut in specie huius legis quis petet ob enormem læsionē contractum rescindi: quod iudicium erit rescindens, & rescisso contractu petit rem sibi restitui, vel iustum preciū suppleri. Cæterum pendente rescissionis contractus controuersia, interim contractus omni robore nititur *e*: nam instrumenta garentigionata (ut vocāt) ex illo vulgari axioma, Hodie cōstat, hodie agatur *f*, promptam habent executionem *g*, nisi quicquam instrumentum cōtineret quod in facto iaceret, seu liquidum *h* non esset: atq; etiam nisi instrumentum vitium visibile (ut inquiunt) contineret. Nam si proponatur quæstio falsi aduersus instrumentum falsum, licet falsus contractus non censeatur esse contractus, tamen si falsitas incontinenti probari non possit, sed illa altio-

rem

e
l. cum precibus.
Et illic Bald. C.
de prob. l. opti-
mam. C. de con-
trah. Et com-
mitt. stipul.

f
l. si is à quo. ff.
ut in poss. lega.
l. 3. §. ibidem. ff.
ad exhib.

g
Bartol. in l. cum
vnu. ff. de bon.
auth. iud. poss.
Baldus in l. non
aliter. ff. de ad-
op. Recentiores
in l. ait Prætor.
ff. de re iudicæ.

h
Notant dd. in l.
si. C. de edict. D.
Adria. toll.

i
Baldus in leg. si
non sortem. §. 1.
ff. de cond. in-
deb. Bald. in l.
cum precibus.
C. de probat.

^k
*l. satis. C. de fal.
 c. accepimus.
 ext. de fid. instr.
 gl. & dd. in c. cū
 venerabilis. ex.
 de excep.*

^l
*notatur in l. 2.
 c. 3. c. de edict.
 D. Adria. tol-
 ler. do.*

^a
*l. sed si grandes
 l. equissimum. §.
 usufructuarius.
 ff. de usufr. l. di-
 uerso. §. si fun-
 dus. & illic no-
 tat l. son ff. sol.
 mar.*

^b
*l. si. C. ad l. fal-
 cid.*

^c
*l. cum qui. §. si
 & illic notat
 Bar. ff. de verb.
 oblig. facit l.
 m. les. §. decem.
 ff. de re iud.*

rem requirat indaginem, penden-
 te falsi controuersia, interim in-
 strumento dabitur ^k, & ex illo pro-
 uisio (vt practici loquuntur) adiu-
 dicabitur ^l. At pendente rescissio-
 nis controuersia non poterit is qui
 conuenitur interim fundum dete-
 riorem reddere: atque ita neq; ar-
 bores amputare ^a: neque quicquid
 demoliri poterit, cum rei restitu-
 tio in obligatione iaceat. Imò ve-
 rò & qui supplere precium elegerit,
 nondum tamen precium persol-
 uerit, iterum rem deteriore red-
 dere non poterit, cum fortasse pe-
 cuniam non habeat: sicq; rem re-
 stituere cogatur: hæc enim maxi-
 mè discreta sunt (vt experientia
 plerunque docet) promittere &
 tradere ^b. Porrò & quæri posset, an
 si emptor supplementum precij e-
 legerit, postea variare possit, vt rem
 restituendo liberetur. Veriùs vidi-
 tur emptorem variare posse: nam
 cum electio à lege emanat, eligens
 variare potest. ^c. Quod locum ha-
 eret

bere non arbitrarer, si electio per
 partem acceptata, sententia iudicis
 confirmata esset: cum quodam-
 modo res desinat esse integra, & ta-
 cita quædam pactio videatur inita,
 qua vnum eligens, aliud in fauo-
 rem acceptantis reiecisse videatur.
 Hic finem faciam: pleraque alia
 (beneuole Lector) hîc congeffis-
 sem, sed quæ mihi præcipua vide-
 bantur, breuiter & strictim pertra-
 ctare tantùm decreueram. Itaque
 quotidianis prælectionibus meis &
 alijs occupationibus detentus, lō-
 giùs non progrediar. Hanc igitur
 qualemcunq; operam meam (be-
 neuole Lector) quæso æqui boni-
 que consulas: & quem in tui grati-
 am suscepi laborem, beneuolo &
 candido animo excipere, & qua-
 lemcunq; industriam meam
 tua beneuolentia exci-
 tare digneris.

LAVS DEO.

